

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Moralia

Plutarchus


Francofurti, 1620

Philippi Iac. Maussaci emendationes et notæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1372)



IN PLUTARCHI LIBELLVM

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ ΦΙΛΙΠΠΙΑΣ.

ΜΑΥΣΣΑΚΙ ΕΜΕΝΔΑΤΙΟΝΕΣ

ΕΤ ΝΟΤΑ.



Πλουτάρχου.) Huius libelli nullum aliud exemplar in Europa bibliothecis exstare, præter illud quod in instructissima illa serenissimi electoris Palatini bibliotheca visitur, ex quo concinnata fuit editio Basilienfis, quam emendandam suscipimus, vel ex eo solo pater, quod immanis illa lacuna, & defectus qui est in

Thermodonte, & qui totum hunc agrum per quem labuntur hæc flumina, quasi denormat, non potuerit hæcenus sanari, aut ex alia membrana restitui. Quædam præterea verba quæ desiderabantur sparsim in textu, & mendum illud solemne quod Hebræi parum celeres cursus in ipsis ostiis pene remorabatur, idem quincunt omnino. Frustra igitur è MSS. Cod. opem emendicare tentauimus, cum nulli aut saltem paucissimi exstent. Soli coniecturæ nobis standum fuit, quæ si non semper certa sit & vera, quid mirum? mortales sumus, & aliquid humanitus pati cogimur. Neque tamen omnibus in locis, quibus licitum fuit coniectare, nobis suffeni fuimus, φιλαυτίαν enim ac αυθαδέειαν canepius & angue odimus, nec nimis nostri iuris ac nostræ sententiæ esse amamus, sed in his solum vbi veritas ita se exerit, vt non alio indigeat lumine. Quod si vbiq; opinationibus nostris subscripsissemus, numquam opus erat in hac epigraphe statim post vocem Πλουτάρχου addere Χαίρωνίας. Nolimus tamen quicquam mutare, quia fieri potest, vt alius sit hic Plutarchus à Χαίρωνενσι, præsertim cum præter alia multa, nos addubitare maxime faciant scripta Ioannis Stobæi, & fragmentum εὐσεβίου, quod legitur in fine libelli περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ille Stobæus licet ab hoc Plutarcho, sermone 98. de morbis & in eis solutione, sua mutuatus sit, nunquam tamen illic eius nomen celebrat, imo potius eodem auctores, ex quibus Plutarchi narrationes petita sunt, producit, spreto Plutarchi nomine. Ita in fragmento spurio Aristotelis, in quo multa congesta sunt, quæ hinc aulsa, & excerpta fuere, nullam mentionem factam videas Plutarchi huius. Quod mirum certe videri queat. Sed his omnibus notæ & emendationes nostræ satisfaciunt, in quibus tam liber philosophi εὐσεβίου θαυμασίων ἀκουσμάτων, quam sermo ille 98. Ioannis Stobæi illustrabuntur.

AD HYDASPEM.

Ag. 1147. χρυσίτη.) Ne tempus teramus in recensendis variorum auctorum fabulis, narrationes de Valeria Tusculanaria, & Smyrne, quæ non tantum apud Plutarchum Χαίρωνενsem in Parallelis, sed & apud Antoninum Liberalem exscriptæ sūt, & alias quas Parthenius in Eroticis habet, erudito lectori legendas proponimus. In his similes offendere est filiatum erga parentes, dolis nutricum conceptos, fotos, & cōsummatos amores, & alia multa, quæ ad παραμυθίαν & λελυκὸν πόνον spectant. Hæc si inter se comparantur, exprimi non potest quantum luminis sint ex se inuicem acceptura. Meminerit tantum quisquis hæc leget, nos hunc auctorem emendare, & quasi aliud agendo quæ sunt obscuriora annotare: verbosos edere commentarios in animo nunquam habuimus.

Ibid. Ζώσαν κατ'χρῶν.) Si addidisset λίθοις, longe diuersum fuisset supplicii genus, nam ζώσαν κατ'χρῶν simpliciter est viam sepeliri iussit, at κατ'χρῶσαι λίθοις, lapidibus petere. Ita locutus est Comicus pater venustatum Atticarum Archarnens. κατὰ σὺ χρῶσαν τοῖς λίθοις. Homerus λαίον. ἔσσο χρῶσαι. Hyperides ἐν τῷ κατ' αὐτοκλήους, κατέλευσαν dixit, quam vocem Harpocration interpretatur per κατ'βαλλον λίθοις. Euripides κατὰ φονεύειν πύργοις, vel passiuè λυσιμῶ πύργου πύργου θανέειν, aut πύργου θανέειν, aut λυσιμῶ πύργου. In Euangelio Ioannis v. 8. λιθοβολῆσαι, id est lapidibus cooperire, vt loquuti sunt Cicero, & Liuius. Hic ζώσαν κατ'χρῶν nihil aliud est quam viam obrui iussit terra, vt apud Plutarchum Parallelis in narrationibus de Brenno Gallorum tege & Tarpeia virgine Capitolii custode, quæ depromptæ sunt ex Clitophonis γεγραμμένον Gallicarum primo, & Aristidis Μυλεσίου Ἰταλικῶν, ἑσσο

ἢ δαμνῆσαι τὸ χρῶν ζώσαν κατ'χρῶσαι, id est auri cumulo obruta perit, & ζώσαν κατ'χρῶσαι viam obruerunt. Iamblichus in Babylonicis, siue in amoribus Rhodanes, & Sinonis apud Photium similiter dixit, κατ'χρῶσαι τὸ χρῶν ζώσαν κατ'χρῶσαι, de puellæ extinctæ cadauere.

Ibid. Σαρωνίτη σὺρ.) Ego puto legendum Σαρωνίτη, nam quid sit Syrtis Saronica non intelligo, nisi à Saronico sinu Σαρωνίτη formari & deduci posse admittatur, quod fieri posse verisimum est, Strabo de Saronico sinu, lib. 8. ἔθ' ὁ Σαρωνικός, οἱ δὲ πόντον λέγουσιν, οἱ δὲ πύργου, κατ' ὁ κατ' πέλαγος λέγεται Σαρωνίτην. Ergo & Σαρωνίτη σὺρ non Σαρωνίτη dicendum videtur. Sed quamuis hoc ita esset, ideone verum quod hic refert Plutarchus, Hydaspem præcipiti vado ferri in Syrtim Saronicam? minime, nam si fides adhibenda est auctoribus naris non obesa & fabulas non narrantibus, Hydaspes potius labitur in Acesinem, cui committitur, & simul nomen suum amittit. Acesines verò Hydraote & Hyphasi in se receptis, proprioque nomine retento, in Indum, & tandem Indus in Oceanum Indicum versus austrum originem ducens ex Parapamiso vel Caucaaso monte. Quid autem cum India aut fluuio Indo Sinui Saronico aut Syrti Saronicæ. Fabula hæc est & gratum mendacium, sed non ferendum, patimur quidem nos auctorem hunc Indum cum Hydaspem confundentem, & ex duobus vnum efficere conantem, propter fabularum iucunditatem, & quia Græci amant ἡδονὴν γλώσσῃς γάρον, sed nimis rancida & putida non gustamus. Vibius Sequester, Hydaspes India, vrbis Media destitit Indo & Caucaaso. Ethicus Cosmograph. fluminis Hydaspes nascitur in campis Indorum tribus crinibus. Hic se continuis adunans vnus efficitur, & inundans omnem regionem Indorum currit millia Deccxlii. & immergit se Oceano Orientali. Modus loquendi non vulgaris pertransennam notandus, nascitur tribus crinibus, vt cum de Danubio ait, ex eo septem fluminum Crines procedere.

Ibid. Λύχης καλουμ.) Mallem Λύχης, quamvis Λύχης ferri possit. iuuabit autem breuiter hunc locum enarrare, & vna docere, valde delusos esse summos viros, qui Lychhim lapidem eundem esse existimarunt, cum Selenite. Fundus eorum fuit Eustathius ad illa Dionysii Afri.

— λυχίς τε πυρός φλοζὶ πάμπαν ὁμοίη. Qui illic confuse hos lapides miscere videtur. διὸ καὶ λυχίτης ὁ λίθος λέγεται, (vnde ego colligo potius dicendum esse λυχίτης quam λυχίς, quod latius postea confirmabo ex Solin. Polyhist.) οἱ δὲ καὶ Σελωνίτην καλοῦσι τὸν λίθον, ἐπειδὴ συμπηδῶς φασὶν ἔχει σφραγίδας ὁμοίας. Errabant toto cælo, vt ego quidem iudico) illi, qui (vt refert illo loci Eustathius) Lychnitem eundem esse lapidem cum Selenite existimabant, quod sympathiam quandam cum Luna haberet, nam hoc à nemine quod sciam antiquorum de Lychni aut Lychnite proditum est. Plutarchus quidem hic Lychnim augescere Luna ad cantum tibiaram reperiri asseuerat, sed non augescere, quod quamuis admitteremus, non sequeretur tamen confundi debere Lychnim, & Selenitem, quia multi sunt lapides iique diuersissimi generis, qui cum Luna non tantum accrescunt, sed decrescunt. Interpretes anonymus Tetrab. Prol. ad prim. ὁράμεν γὰρ καὶ τὰ θαλάσσια ζῶα συνκεκαυμένα καὶ συμμειομένα τῇ σελήνῃ, καὶ ἡμῶν δὲ αὐτῶν ἕνα μέρη τῶν σῶματός, ὅσον ὄνυχας, καὶ τεύχας, ἃ δὲ ἔτι καὶ ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πύργος αἰακαίμωτος τῇ θαλάσσῃ, ὃ ἢ σφραγὶς συνκεκαυμένη αὐτῇ καὶ συμμειομένη. εἰσὶ δὲ καὶ νῦν συμμειονοῦντες καὶ σωματικῶς λίθοι πᾶσι τῇ θαλάσσῃ. Præterea in Indo fluuio qui in India est, reperitur Lychnis lapis, Selenites vero in Arabia, vt testantur Plinius Dioscorid. & Dionys. loco citato, vel in Perside, vt docet D. Augustinus lib. 21. de Civitate Dei cap. 5. in eadem (inquit) Perside gigni etiam lapidem Selenitem cuius interiorum candorem cum Luna crescere atque deficere. Deinde alios habet Lychnis colores, alios Selenites, hic candido & melleo colore est, vt vidimus ad Psellum, vbi plura de Selenite; ille verò olei colorem præ se fert. Tandem Lychnis inuenitur tantum ad repercussum Lunæ maxime plenæ (vt de Carchedonio loquitur Plinius.) Selenites autem, & crescit, & decrescit cum ea. Nonnus Dionys. 5.

kkkkk

IN PRIO.

Τῆ δὲ Σελῶνιτι
Εἶχε λίθον παλαιοῦν, ὃς εὐκαταθεῖται
Δειπνομένης μινύθει ὁ ἀέξεταί, ὅπποτε μινύθει
Ἀρπυγιάς σέλας ὕδρην ἀποστρέφουσα κεραιῖσι
Ἡελίαν νεπέτρον ἀμαλγματὶ ἀπόρονον πῶρ.

Quæ nolim accipias de Lunensi marmore, sed de Selenite lapide, tantum enim inter Lunense marmor, & Selenitem discriminis est, quantum inter Lychnim & Selenitem.

Ibid. εἰλωδ. εκ. Si oleacei coloris est Lychnis, ergo distat ab eo Lychnites, nam ex Plinio & Solino purpuram & coccum colore refert, & in hoc discrepantia, at similitudo in eo, quod Lychnitem inter ardentes gemmas numerent auctores illi, Lychnis autem omnino ζεῶν, fit, ut loquitur auctor noster, vel πῦρ φλογὶ πάμπαν ὁμοίη, ut Dionys. Afer, & ὁμοίως si Eustathio credimus convenit siquidem ei & masculinum & fœmininum genus, & non tantum δασυμένωσαι sed & potest βαρύνεσθαι, en tibi Eustath. verba, πῆ δὲ λυχνίς πνεῖς ὁ βαρύνουσι ὁ ἀρπυγιάδων ἔδ' ἔλεγεσιν ὄνομα κρῆφοντες, λυχνίς φλογὶ πάμπαν ὁμοίως.

Ibid. πῶρ. μαλ. αυ. Ita in Phasi virga Leucophyllus inveniri dicitur πῶρ. πανιστοῦν ἔνθεν, & Carchedonius, ut vidimus ex Plinio ad repercutsum Lunæ.

Ibid. οἱ δὲ ἐξοχ. Turnebus vertit artifices: ego malui excellentiores, vel eminentiores, nã vel de diuitibus hic loqui voluit, vel de egregiis tibicinibus, sed prima interpretatio melior. Ita enim ipsemet Plutarchus in Paçtolo scripsit, οἱ δὲ ἐξοχῆ πυχχάνοντες ἦν Δυδών, quæ quid aliud volunt quam Lydorum ditiores vel potentiores?

Pag. 1148. πυλ. Pylæ portæ sunt siue loci angustissimi, ut docent ferme omnes Magistri Græci, & nominatim Eustath. ad periegetem. Vnde Latini Cicero, Plinius, *Portas Armenias, Cassias, Cilicias* dixere.

Ibidem πῶρ. πῶρ. Negari non potest quin πῶρ. πῶρ. hoc loco sit *clavis cruci affigere*, ut nos vertimus, sicut simplex πῶρ. πῶρ. apud Demosthenem in Midiana, *clavis affigere*. Veteribus Indisigitur non fuit incognita Romanorum crux, cuius notæ ἐπιστάδεις sunt clavi hoc dico quia dissidium est inter eruditissimos viros Card. Baronium, Iust. Lipsium, & Isaacum Casaubonum, quibus hæctenus crux Romanorum mera crux fuit. Illorum vñus in Annal. tom. p. anni 34. nu. 92. & alter cap. 11. lib. pr. de *cruce*, existimantur cruces Romanas veteribus Iudæis fuisse notas, & apud Gentium plerasque fuisse vsitatas, apud Syros, nimirum Ægyptios, Persas, Afros, Græcos. Hic vero exercit. 16. in Annal. Ecclesiast. cap. 77. contra contendit, vix tandem sero Hebræis, Persis & aliis nationibus crucem Romanam fuisse cognitam, & auctoritates omnes quibus magni illi viri vtuntur, ut probent Hebræos veteres, Persas & alios populos crucem Romanam novisse, intelligi vult de aliis suppliciorum generibus, quæ ipse acutissime enumerat. Denique voces has, *crux, πῶρ. πῶρ., ἀσπίδων, ἀσπίδων, ἀσπίδων, κρημῶν*, & alias non solum ab auctoribus classicis Herodoto, Thucydide, Ctesia, Iosepho, sed etiam ab Ecclesiasticis Philone, & à veteribus vtriusq; testamenti interpretibus vsurparas fuisse docet, quoties actum ab illis est de suppliciis variis à cruce Romana distantibus & discrepantibus; ita ut non incidisse illum in hæc verba auctoris nostri facile credendum sit, aut admitendum veteribus Indis crucem Romanam non fuisse incognitam. Quibus, ut verum fatear, crucis Romanæ cognitionem idem præstantissimus vir non denegat præcile, sed Hebræis veteribus tantum, & Persis ac Ægyptiis. Maneat itaque quod supra posuimus, veteribus Indis notam fuisse crucem Romanam, quia eius notæ οἰσιώδεις, ut diximus, sunt clavi. Atqui clavis virgines intemperantes ab illis Indis affigi crucibus fuisse solitas refert auctor noster ex Chrysermi scriptoris perantiqui rebus Indicis, & Archelai libris de fluminibus. Igitur Indis veteribus nota crux Romana: verba fidem faciunt, πῶρ. πῶρ. πῶρ. πῶρ., quæ nemo bonus potest cavillari. Scio quid obiici possit, de veteribus Indis hæc non debere forte intelligi. Sed Chrysermi rerum Indicarum auctor antiquissimus est, ab ipso Plinio & Plutarcho & Plutarcho Chæronensi in *Parallelis* laudatus. Porro, ut hoc dicam aliud agendo, multa in exercitationibus illis contra Annales Ecclesiasticos legi quæ miram proferantiam arguant, nemo qui eas legerit, dubitabit. Nos homiçiones inter legendum parorata vñi deprehendimus, de quo Christianam iuventutem mouendã esse existimauimus, quia pertinet ad cogitationes nostras. Exercitat. 16. cap. 21. ad annum 34. num. 34. pagina 485. hæc leguntur. *vel vetustissimus magister de quo multa Zacharius in hoc argu-*

mento citatur cũ in Kalēdario Hebraico, tũ ab aliis Rabinis. Huius scripta quia hodie nusquã fortasse extant, commentitia tamē nō meliore iure a Baronio appellantur, quã nominaret aliquis cōmentitios libros Papiniani Responsorũ, vel Pauli ad Sabinum, vel Marciani ad Edictũ, quorũ hodie nihil extat præter paucas sentētiās, in Pãdectas Iustiniani relatas. Manca παραβολή illa est, nam nec Marcianus libros ad Edictũ composuit, quod notum erat priusquam Theognis nasceretur, ut est in Prouerbio, nec verum est paucas è libris Papiniani Responsorũ, & Pauli ad Sabinum sentētiās in pãdectas Iustiniani relatas, cum è singulis decem & nouem Responsorũ Papiniani libris collectæ sentētiæ fuerint, quas Clarissimus Cuiacius commentariis illustratas reliquit, & è libris Pauli ad Sabinum sexdecim multæ leges in pãdectis decerpæ legantur, imo & pluribus, nam lex 31. de vsurpat. & vsucap. est è lib. 32. Pauli ad Sabinum, & l. 10. de obligat. & actionibus è lib. 47. Pauli ad Sabinum. Vnde si æque bono iure quis Gamalielis scripta commentitia diceret, ac Marciani libros ad Edictũ, certe optimo iure id de scriptis illis Gamalielis pronunciatet, quia Marcianus lib. ad Edictũ non composuit. & hæc dicta sunt in transcurso. Velim autē scias (lector beneuole) me nullo vanæ laudis aures mortalium titillans desiderio hæc in magnum illũ virum pro Card. Baronio, & Lipsio obseruasse, sed amore veritatis tantum incensum, & cupidine Ecclesiæ Romanæ quæ vera Ecclesia est, auctoritatem defendendi, quam vltimo illo scripto suo vehementius præter morem impetisse videtur. Ingenium, mores, & doctrinam illius viri semper magni feci, religionem nunquam gustavi, absit in eius charissimos manes insultandi mihi fuerit animus, quinimo, ut eum viuum tanquam διδάσκαλον colui, ita μακαρίτω amare pergo.

Ibid. ἦρος.) nomen proprium est siue vocabulum verticis, qui forte dictus ita fuit ob ferarum multitudinem: epithetice Homerus de Gargaro.

Ἰδὼ δὲ ἴκανον πολυπύδακα μῆτις ἦρος Ἰάργαρον.

Ibid. χρυρ. Chrysermus, ut opinor hic est, cuius Historica, Peloponnesiaca, & libri de fluminibus, cum apud Plutarchum in *Parallelis* & Plinium, tum apud hunc auctorem in medium producuntur. Corinthius fuit, ut patet ex Inacho & Euphrate. eum octoginta libros rerum Indicarum scripsisse non alibi legi.

Ibid. αρχελ. non sunt mihi noti libri de fluminibus Archelai, nec quis iste sit Archelaus certo scio. Quatuor nobis commemorat Archelaos Drogenes Laertius, vtrum libri de fluminibus Chorographo tribui debeant dubitari potest.

Ibid. Γηρασ. At quis iste Gegasius? lin. 19. 20. Διὸς γάρτες. Et quia Alexander Iouis filius est, nihil aduersus eum efficies. Hic est sensus auctoris, ni fallor, aliter non capio mentem.

Ibid. Δέρκυλ. Huius Dercylli Satyrica, libri de lapidibus, res Ætolicæ, & libri de montibus laudantur variis in locis huius libelli. Plutarchus etiam *Parallelis* Dercylli κήσις, & res Italicas celebrat. Clemens Alexandrinus Stromat. 1. Dercylum hunc vocare videtur, Eusebius vero de *preparat. Euangel.* Cercylum, sed forte inter se distant.

AD ISMENV M.

Pag. 1148. Θήβαι. Thebas illas intelligit quæ vocatæ fuere ἰθάκη πύλοι. Ioannes Zerzes Chil. 9. hist. 331.
Οἱ Ἰσμηνοὶ ὁ ποταμὸς Θηβῶν ἦν ἰθακίων.
Ibid. κρηνοφ δρακ. Si velis scire nomen fontis, en tibi ἄρεος κρηνοφ Martis fons. Hunc Draco quem Cadmus occidit, custodiebat, & ut rem paucis expediam, ideo draco ille à Cadmo occisus fuit, quia duo præstantissimi eius amici Deioleon, & Seriphus ab illo extincti fuerant. Plutarchus à Cadmo hunc Draconem sagittis fuisse confossum testatur, Zerzes vero crebris lapidum ictibus fuisse interfectum. Chil. 9. hist. 332.
Διὸ ἦν φίλων ἐσθλόν, ἀντὶ αἰκλήσις αἰθερῶν,
Διοκλέων τ' ἀένι, Σέραφος τ' ἐπίρω
Ἰδὼρ ἐκ κρήνης ἄρεος κομίσας τῆ θυσίᾳ
Ἄμφω δὲ αὐτὸς ἀπέκτανε Δρακῶν τῆς κρήνης φύλαξ,
Λίθων βολαῖς αἰετὶ ἐπὶ τὸν Δρακῶνα ὁ Κἀδμος.
Ib. πῶρ. Propertius de Hercule expressit.
Fontis egens erro, circansq; sonantia lymphis.
Ibidem εἰς πηλ. κρ. In Marisa dixit ἠθάβ τῆς γῆς. quod idem est.

Ibid. βουήτιο. Hæc intellige de boue quem emere admonitus fuerat Cadmus à caula cuiusdam Pelagontis, vt volunt fabu x, Zet- zez auctor Chil. hist. 9. quem consuies. Si δὲ πλάτι hæc accipias, erabis, nam necessario sunt restringenda & coarctanda ad fa- crificium bouis illius, quo mactato Cadmea sola à Cadmo ædifi- cata est, non Theba.

Ibidem Σωφρ. Præter libros de fluminibus Softrati, laudat in Tigri auctor noster librum collectionis fabulose primus. Ce- rerum de hoc Softrato non habeo quod dicam, non enim certus sum vtrum cum Phanagorita illo de quo Stephani mutilator vo- ce Μυκάλη, idem sit. Plutarchus Parallelis Softratum δὲ διὐρα Τυρ- ριωτικῶν citat.

Ibid. βοιωτ. Nescio cur hic Bœotium nobis comminiscantur interpretes & Possidonem, cum aperte loquatur auctor de Bœo- to Neptuni filio.

Ib. ἀποπυ. πῆς. Ita etiam loquitur in Hebro, vnde coniecimus nos in Iudicio quod de parente huius libelli scripsimus, Plutar- chum Chæronensem hæc scripsisse. Eadem enim ille in Paralle- lis vtitur phrasi, cum de Hippolyto & Phædra agit.

Ib. ἀστ. ποιμ. Si legas ποιμῆνους, vertendum est Asterio tunc in montibus gregem pascente, sed melius est & rationi magis consen- taneum, vt scribatur ποιμῆνους, quia de Asterio monte paulo ante mentio facta est. Deinde sensus ita perfectissimus est. Serpens (in- quit Plutarchus) cum nexibus suis constringens in Asterii montis ca- cumminibus greges pascentem interemit. Et huic lætioni videtur ad- hæsisse magnus Turnebus, nos tamen in textu veterem non mu- tauimus.

Pag. 1149. Λε. Βυζ. Duos nominatim Leones, alterum Philoso- phum Peripateticum & Sophistam Platonis discipulum, aut vt volue: e quidam, Aristotelis, alterum verò rhetorem olim viguif- se scribit Suidas. Hic Alabandensis erat, & rerum Caricarum qua- tuor libros composuerat, vt & rerum Lyciacarum duos, artem πε- ρὶ τῆς πολεμίας, & sacrum bellum Phocensium & Bœotiorum. Ille By- zantius, cuius hæc opera numerantur à Suida, τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον βιβλία εἰς. Τετραβιβλίον, περὶ βιοστέλου, τὸν ἱερὸν πόλεμον, περὶ εἰσαγωγῆς, τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον. Eius vitam Philostratus scripsit, an res Bœoticas & libros de fluminibus, quos profert auctor no- ster cum in Ismeno, tum in Tigri, reliquerit non est certum, nam & sacri belli & περὶ τῆς πολεμίας artis quis verus auctor sit an By- zantius, an Alabandensis Leo non patet ex verbis Suidæ. Hoc ego scio tantum certissimum esse plures alios auctores libros eiu- dem argumenti composuisse, scilicet res Bœoticas, vt Ctesiphō- tem, auctore Plutarcho in Parallelis, & Meryllum, cuius Bœo- tica etiam illic laudantur.

Ib. Ἑρμῆς. de Hermefiana cte paulo post agam.

Ibidem μουσ. οὐδ. Plinius libr. quarto capite septimo Et Musis natale in nemore Heliconis assignant, datur & his The- bis saltus Cithæron, amnis Ismenus. οὐδὲ γὰρ τὸ μῦθος non est natale, sed mansio aut sedes, le sejour dicunt Galli. Nos vertimus sa- crarium, quia Vibius Sequester ita loquutus est, Helicon Ἀομῆς Βοιωτικῆς μουσῆς sacer.

A D H E B R V M.

PAG. 1149. ἀπὸ τ. οὐς. peccarunt operæ & pro ἀπὸ hic ἰσὸς ex- cedere, sed leue mendum istud, maior oseitantia illa Natalis à comitibus, qui somniabat sine dubio cum hæc verbebat, nam quid amabo te latina illa sibi volunt, aut quid simile cum Græcis habent? Quod aquarum cursum aliquando continuerit. Debebat, à vertigine aquæ interlabentis, vel à vortice vehementis impetus aquarum, vt placuit magno Turnebo.

Ib. ἐπιγ. τῆς. Vertimus nos superduxit eleganter, Turnebus non fatis bene superinduxit, nec Natalis à Comitibus duxit in matri- monium. Noueræ non duci in matrimonium, nec superinduci dicuntur à Latinis, sed proprie superduci. Donatus Interpres Terentii. Phasmanomen est fabula Menardi, in qua nouerca su- perducta est adolescenti. Iulius Capitolinus in fine Antonini Pii, ne- rat liberis superduceret nouercam. Ita Græci ἐπαγοσθῆς & ἐπιγαγεῖν, & ἐπιγαγεῖν dicunt. Conon narrat. 28. de Cygni Troados re- gis liberis Tenne & Hermithea. Κίχρος δὲ ἀποθανόντος αὐτῆς γυ- νακὸς ἐπέσεν ἐπιγαγεῖν, ἢ δὲ ἐπιμανεῖσθαι Τέννη, καὶ μὴ τυγχεῖν οὐα, κατὰ φύ- δεται τὸ παιδὸς τὰ ἰαυτῆς. Antiqua lex Charondæ apud Diodorum, πῆς μητρῶν ἐπαγομένους κατὰ τῆς ἰδίων πένων ἔθηκε ἀποστῆναι. Vbi notandum est ἐπαγεῖν ἢ πένων elegantissime dici, nam & sine præ- positione communiter dicitur, vt apud veterem Poetam, ὁ παγ-

σὶν αὐτῆς μητρῶν ἐπιγαγεῖν. Idem significat ἐπιγαγεῖν quo vsus est auctor certissimus apud Stobæum μητρῶν ἐπιγαγεῖν, & Plutar- chus noster hoc loco, ἐπιγαγεῖν τῆς πένων cum quibus verbis si con- feras quæ apud Chæronensem in Parallelis leguntur narratione de Phædra & Hippolyto, ἐπιγαγεῖν μητρῶν φαίδρα τῆς Μίνως, ti- bi persuadibus certo scio non valde distimilem esse huius aucto- ris stilum à Plutarchi Chæron. caractere.

Ibidem. ἀποστῆναι. κιν. non potuere ista assequi interpretes, quia mendum quod latuit hætenus eos fugit. Natalis a comiti- bus qui primus, vt opinor, hæc latina fecit, γυναικείας ἀποστῆναι, veritè à furore famine sese liberauit. Turnebus hæc ipsa præter- ire maluit, quam imprudenter peccare. Nos leui mutatione fa- cta, elegantissimum sensum eliciuimus, pro γυναικείας enim sub- stituimus κωηγείας, vnde orta est hæc interpretatio, indulgebat ve- nationi. Plutarchus Parallelis κωηγείας ἀποστῆναι dixit de Hip- polyto.

Ib. συμπεριον. Vide quæ de hac voce ad Nilum.

Ib. ὠς δὲ πῆ. insidiator proprie est ὄψις βουλος, sed maluimus nos dicere temerator cum Imperatore nostro 4. Instit. tit. de Publi- cis lud. temeratores (inquit) alienarum nuptiarum.

Ibidem πμοδ. Non tantum libros de fluminibus, sed & de rebz Argolicis composuisse hunc Timotheum discimus ex au- ctore nostro hoc loci & Inacho. Porro multi olim Timothei fue- re: cuiusnam eorum hæc opera tribuenda sint diligentius est in- quendum. De Timotheo Gazæo Grammatico qui de quadrupe- dibus quæ apud Indos, Arabes, & Ægyptios visuntur, & de omnibus quæ Libya nutrit egerat, de extraneis & prodigiis a- lienisue aubus, & de serpentibus quatuor reliquerat libros, lo- qui noluisse auctorem nostrum vel ex eo patet, quod Auctor ille Anastasii imperatoris tantum tempore vixit.

Ibidem Παγγαί. Alii Παγγαίον scribunt, sed melius est, vt scri- batur Παγγαίων. Vibius Sequester de montibus. Pangæus Thra- cia in Thessalia.

Ibid. τῆς θυγατρ. Cur verterit Natalis a Comitibus, cum sorore i- gnarus rei contubuisse, causam comminisci non possum, vult enim Plutarchus, Pangæum Martis Critobulefque filium rem habuisse cum propria filia non cum sorore, ergo numquid hoc est in- eptite, non græca vertere?

Ib. ἀθύρ. συζ. nunquam mutat phrasim, & ita ferme semper loquitur vbiq;

Ib. Καρμαρ. In Pactolo de monte carmanorio mentio:

Ib. ἑστῆσαν. Cicones mulieres Tressæ illæ sunt quæ Orpheum discerpere. rationem reddit poeta Latinus 4. Georg.

— Spreta Ciconum quo munere matres Inter sacra Deum nocturnaq; Orgia Bacchi Discerptum latus iuuenem sparsere per agros.

Ibidem πτ. ε. ε. Fallum est Cicones illas mulieres mem- bra Orphei dilacerati in Hebrum fluium proiecisse, quinimo solum caput in illum fluium proiectum fuit cum lyra, Ouid. 11. metamorph.

Membra iacent diuersa locis, caput Hebre lyramq; excipis. Virgil. 4. Georg.

Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsam Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus volueret, Conon tamen longe diuersa refert narrat. 45. vt videre est a- pud Photium.

Ib. εἰς Δερεκ. Imo in lapidem, vt Seruius docet ex Ouid. ad 4. Georg. Sane (inquit) alludit ad id quod dicit Ouid. quia, cum caput eius ad ripam delatum mordere voluisset, est conuersus in lapidem.

Ib. τῆς μορ. τ. σ. In Acheloo p. 78. l. 12. ita locutus est.

Ibid. ἢ δὲ λυρ. κατ. Græca hic non est interpretatus Natalis à Comitibus, sed fabulam sibimet finxit. κατὰ σπῆλαιθῆν nullo modo significat inter astra relata est, nam κατὰ σπῆλαιθῆν dicendum esset, nisi me mea Grammatica fallit, & latine peruenit in astra; vt de Argo nauis libro quarto. Manilius, nec, vt putauit Turnebus, lugubrem cantum edidit, imo potius firmata est, & in eodem statu remansit, aut non mutauit lyra formam. P. Apostolus Epist. ad Rom. c. 1. ἵνα π μεταδῶ, dixit, χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν εἰς τὸ σπῆλαιθῆν ὑμῶς, ad vos confirmandos κατὰ σπῆλαιθῆν fulcior & innitor significat, & σπῆλαιθῆναι de arboribus dicitur, cum radices agunt & firmanur. Pol- lux cap. 12. l. 1. t. mem. 10.

Ib. ἐ θυρ. Post vocem θυρῶς statim posuimus vocem κρατῶντες, quæ paululum descuerat a sua sede, & post ὑμῶν ἀδυσιν legebatur in præcedente editione. Deinde quæ sequuntur inquinatissima & corruptissima restituimus in pristinum nitorem hoc modo.

καὶ τότε φρονήσας ὅταν ἔσθῃ μῶστω φρονῶν. kkkkk ij

Versus est Iambicus ex hymno illo quem ab indigenis thytos tenentibus, & nebridibus siue pellibus Damarum praecinitis recitari retulerat Cleitonymus tertio de rebus Tragicis. Elegantiissime autem dicunt Graecorum filii ματιω φρονεῖν pro insipere, vt βλέπειν ματιω pro non videre, & caecutare. Aeschylus prometh. vinc.

Οἱ πορπεῖ μὲ βλέποντες ἔλεπον ματιω.

Certa est igitur haec restitutio, cuius primus parens est. Claudius Salmazius vir stupenda eruditionis, qui cum locum hunc a me tentatum in notis ad Harpocrationem voce νεβριζων observasset, amicissime postea communicavit quid de eo sentiret. Sensum ego affectus eram, sed paululum verba immutaveram. Nihil verius autem pro restitutione huius loci produci posse quis non videt?

Ibidem Κλειτων. Cleitonymi Italica & Sybaritica laudat Plutarchus Parallelis, an Tragica quae hic citantur ad eundem Cleitonymum pertineant non patet, alios quidem Tragica etiam coposuisse apparet ex Strymone auctoris nostri, vt Iasonem Byzantium, qui illic ἐστὶ Τεργακοῖς laudatur.

AD GANGEM.

Pagina 1150. πῆ Διοπιθ. Mirum est hoc nomen proprium mulieris Diopithusa nostros interpretes exercitos habuisse. Natalis à Comitibus sicco pede hac transiit, quae tamen fida interpretatione opus habebant. Magnus Turribus tanta est usus circumlocutione in vero hoc nomine explicando, vt plane eum ab scopio aberrasse nemo bonus negare audeat, qui per ebrietatem (inquit) inscienter matrem diuorum quempiam esse existimantem cognovit. Vt concedamus Διοπιθῆσιν hic non esse nomen proprium, tamen Graecis non convenit haec interpretatio latina, vertendum enim esset simpliciter, Iouem eum esse credentem, sed hoc est nugari. Διοπιθῆσιν nomen verum est Diopithusa.

Ib. ἀργεῖα βυγλ. In Iudo mentio etiam fit cuiusdam herbae Buglossi simillimae.

Ibidem ἰω αἶν πρῶ. Ita legebatur ante nostram editionem. Nos restituumus λωδριβῶντι, vt in Hydaspes ταύτην λωδριβῶντι, & in fine Phasis συνέγραψε Ἐλωδριβῶντι. & in Tanai πῶλο λωδριβῶντι.

Ibidem Καλλισθ. Inuenio eiusdem nominis auctorem apud Plutarchum in Parallelis metamorphoseon libros composuisse, res Macedonicas & Thracicas. Praeterea in Arati auctoris nostri producuntur res Gallica Callisthenis Sybaritae, vt hic libri de venatione. vtrum idem auctor illorum omnium operum parens sit affirmare nequeo. Multos quidem alios auctores de venatione egisse possum docere, vt Xenophontem, Arrianum, & Synesium, qui epist. 100. & 153. Cyneticorum suorum meminit.

Ib. Ἐμῆστρ. r. reposuimus hic τὸς ἔρωτας, erat male antea ἐπὶ ἔρωτων nisi ἐπιπασιν aut similem vocem addere libeat.

Ibidem Ορθίας. Lepidus est Natalis à Comitibus, cum Ορθίαν Ἀρπυμιν rectam Dianam esse existimat. Verum quidem forte est illam dictam fuisse Orthiam quod recta esset, vt Orthiam à matutino tempore, sed tamen recta nominari non debet, vt nec matutina, verum Orthia. Deinde Helychius Graecor. Magistrorum probatissimus hanc ita dictam contendit ab Arcadia quadam regione, in qua eius templum erectum fuit, quod confirmat Pausanias Corinthiacis. Orpheus initio Dianae.

Ορθία, ἀνωλόχεια βροσθῶ κροστῶ φεδαῖμον.

Vbi male vulgaris interpretatio habet recta, non melius etiam altera termaximi Scaligeri porrima. Nam Ορθία non est epithetum Dianae, imo cognomen eius. Vide Plutarchi Laconic. Instit. & Lil. Greg. Gyrald. Syntag. 12. hist. Deorum.

Ib. Καμάρ. Camaronis nomen mihi incognitum, vt & eius reum Iudicium libri, quos nusquam inueni laudatos.

AD PHASIM.

Pagina 1150. Σινθ. Armeniae volunt esse fluium Phasim Geographi veteres. Strabo lib. 11. ποταμοὶ δὲ πλείους μὲν εἰσὶν ἐν τῇ χερσὶ γομελιώταται δὲ Φάσις μὲν καὶ Λύκος, εἰς τὴν Ποντικὴν ἐκπίπτουσι θάλασσαν. Vib. Sequester libello de fluminibus. Phasis in Colchide qui de monte Garamante fluit, hoc verum.

Ibid. πόλιν. Quam illa ciuitas est quam alluit Phasis? dic esse Phasim cognominem ciuitatem Strabo auctor li. 11. ἐπὶ τὴν ἰσθμὸν μὲν ἐν αὐτῇ ἐλίμνην πηλοῖον. Eustath. post illum ad Dionys. de situ orbis, ὁπίκει) ἢ ἐπὶ τὸν ὁμιώνυμος. Vide Plin. li. 6. c. 4.

Ib. Ηλ. & οὐκ. Videntur hic etiam sponte dormitasse interpretes, cur enim non verterunt Phasis Solis & Ocyrrhoes Oceani filiae natus? Credo quia à Graecis diuertere potius quam ea vertere in animo habebant.

Ibid. μοιχευ. ἐπαυτ. Similiter D. Ioannes in Euangel. cap. 8. dixit. Ἄντι ἡ γυνὴ καπιλήφθη ἐπαυτὸ φάρω μοιχευομένη, quo loco Scriba & Pharisa Saluatori nostro mulierem exhibent, quae in ipso veneris furto deprehensa fuerat, vt ipsi aiebant, eamque ex praeccepto Moysis lapidibus cooperiendam contendunt. Oblecta autem diligenter voces illas καπιλήφθη ἐπαυτὸ φάρω μοιχευομένη, nam noster ita loquutus est, μοιχευομένη ἐπαυτὸ φάρω καταλαβόν. Galli suprenant sa mere sur le fait. Iurisperiti dicerent in ipsa turpitudine, in ipsis rebus veneris, vel vt Solon & Draco ἐν ἔργῳ, vt est in l. 23 quod ait D. ad l. Iul. de adulteriis, in ipso facinore, vt ait l. 96. D. de verb. obligat. vel ἄρθεσ ἐν ἀφθροῖς, vt Luciani loquendi modum vsurpem, vel ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων, quae non tam eleganter dicuntur quam ἐπαυτὸ φάρω. ducta enim est metaphora à furtis. Manifestus fur ille est quē Graeci ἐπαυτὸ φάρω appellant (ait Imperator) titul. primo lib. 4. Instituit. vnde cum de furtis veneris & de furtiua venere saepe Poetae loquantur, quis tam blennus, qui non videat vocis ἐπαυτὸ φάρω elegantiam. Tibul. lib. 1. eleg. 2. Celari vult sua furta venus. Et illa docet furtim molli decedere lecto. Catullus. Furtivos hominum vident amores. Ouid. excipe furtivas & refer ipsa notas. & mille alia quae praetermittimus, sufficit enim demonstrasse elegantiam illarum vocum ἐπαυτὸ φάρω μοιχευομένη.

Ibid. ἐπιφαν. proprie ἐπιφαινεσθαι dicuntur dii cum apparent, ἐπιφαινας praesentiam vertit Cicero. Auctor noster Nilo Γοιδος δὲ αἰφνιδίως ἐπιφαινεσθαι.

Ibid. οἰσροπλ. furis enim agitarii impios parricidas credidere veteres, vel vnico Oreste luculentissimo teste. Lege Aeschyli Diras, & Eurip. Orestem.

Ib. ἀπ' αὐτῆ δ. φασ. Verū est Phasim nomē dedisse sin. Phasi. Eustath. ad Periegetē. καλεῖ) ἢ ἔπος (inquit) ἀπὸ Φάσιδος ἢ ὅτι Κόλχος ἰσθμῶ.

Ibidem λευκοφυλ. Totidem verbis fetme familia narratur de virga Leucophyllo apud Aristotelem in fine libelli περὶ θαυμασ. ἀκουσμι. Ἐν τῇ Φάσιδι ποταμῶ γινώσθαι γὰρ δὸν διομαζομένην λευκοφυλλον. ἰω οἱ ζηλιτύπτι ἐπὶ αὐτῶν δρεπόμενοι ῥίππυσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀόθρευεν τρωδεῖν τὸν γάμον. Sed spurium & nothum fragmentum illud est quod assutum legitur illi libello, nam hinc inde collecta esse apparent quae illuc relata sunt. Ego non dubito quin quae de Leucophyllo virga illinc descriptimus, ex hoc auctore petita sint, vt & alia multa de quibus agemus procedente opere.

Ibid. ἐμβέβυρ. Corio assutum, vel culleo infutum, vt in poena parricidii de qua imperator tit. vlt. lib. 4. Instit.

Ibidem φρέατι ὄψα. Paruum illud os, in quod conici folitos impios ait hic auctor noster, puteo simillimum erat, vt idem testatur recte. Ita Romanis Puticuli vel Puticulae sunt loca in quae cadauera proiciebant. Varro lib. 4. de ling. lat. extra oppida à puteis puticula, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, vt Aelius scribit, quod puteos ibi cadauera proiecta, qui locus publicus extra Exquilias. Glossae Isidori. Puticuli, quo cadauera proiciuntur, apparet eum hoc ex Varro habere, ἵσμεν igitur puticuli sunt quod φρέατι ὄψα πηλοῖα sint. auctor noster ἵσμεν illud σφοδρολοιδὸς facit & puteo simillimum. Romani in Puticulos, Athenienses in Barathrum, Lacones in Καίδας maleficos homines coniciebant: intemperantes & impios hic Scythae in stomium siue paruum os puteo simile.

Ib. Κταιπ. Scythica etiam Agathonis Samii in Tanaitantur, de Ctesippo nihil legi.

Ib. Νιφασ. Vibius Sequester de montibus. Niphates Armenia in Perside.

Ib. αἰαπαο. Ne putes hic αἰαπαο significare simpliciter requiescere cum Tutnebo, nam αἰαπαο τὸς ἐνα ἢ ἐξορίων Κάνκασον dicendum fuisset. imo existima αἰαπαο hic nihil aliud esse quam discerpere, aut interficere, mori. sicut quiescere aliquando apud Latinos, occumbere, vt apud Ouid.

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Transformatio in Crocodilum & viscerum inspectio interpretationem nostram confirmant. qui enim viscerum dispositio dignosci potest nisi post mortem?

Pa. 1151 τὴν δὲ θῆο. Interpretes non moror hic, quia nec verba Graeca

Græca verterunt, nec eorum sensum assequuti sunt. Turnebus, *is cogitationibus animi eius intellexit*. Natalis Comes, *cognitissq; eius fibris*. Debebant verbo ad verbum, & cognita viscerum eius dispositione, vel per circumlocutionem, & ex eius extorum situ aut dispositione que contingere debebant, prouidens. Alludit enim hic auctor noster ad genus illud diuinationis, quod ex extorum & viscerum inspectione futurorum scientiam promittit. *Ælianus l. 8. de Animalib. c. 5.* multorum nomina refert qui in eo excellere, & quia eius verba ad rem maxime faciunt, ea non pigebit hic exscribere, *απαύχων ἀρα φύσις ὁ θεός καὶ γὰρ ἀναί δεινὸν ἦεν ὁ Σιλαοὶ ὁ Μνηστῆρας καὶ ἀκλείδης, ὁ δὲ τῶν πολλῶν καὶ πάλους*. Plutarch. *απαύχων ἐξέθειον* dixit, *Ælianus* αὐτὸς ὁ θεός ὁ φύσις. Vides quam hæc recte conueniant. ex fitus igitur vel natura viscerum fiebat hæc diuination, vel ex habitu & colore, vt nos docet Cicero *1. de diuinat. Democritus autē censebat sapienter instituisse veteres, vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atq; ex colore, tum salubritatis tum pestilentie signa percipi nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura*. Habitum atque colorem extorum dixit Cicero, *Æschylus autem ἀπαύχων πλειόντα ὁ χροιά*.

Ibidem *καππαρταρ*. Phurnutus de natura Deorum cap. *πρὸς Κρόνου. ὁ μὲν γὰρ Ζεὺς οὐρανόθεν αὐτὸν τῆς βασιλείας καππαρταρῶσιν*.

Ibidem *παρλω. εἰς τ. ἀλλ.* Saturnus ille est qui Caucafi Partoris viscera inspexerat, vt vidimus, cur igitur hic Caucafo monti religatum fuisse Prometheus lana textili à Ioue refert auctor noster quod in viscera peccasset? de Caucafi visceribus non puto hæc intelligenda esse, nam Saturnus solus in ea peccauit, sed de visceribus in vniuersum, aduersus quæ peccasse & iniurius fuisse videtur Prometheus cū diuinationis illud genus inuenit, quod fit per eorum inspectionem. *Æschylus Prometheus vinc.*

απαύχων πλειόντα ὁ χροιά πῖνα
Ἐχόντ' ἀν' ἑνὶ δαίμονι παρὸς ἰδούλω.

Nemo ante Prometheus *πῶς δὲ ἀπαύχων σέψιν* nouerat. primus igitur diuinandi artem per inspectionem viscerum homines docuit Prometheus.

Ib. *Κλεάνθης*. Cleanthes hic ex Athenæo, Diogene Laertio, Suida, & fere ex veteribus omnibus Scriptoribus notus, vt & eius *πρὸς θεῶν ὁ θεομαχίας* libri. vtum libri *πρὸς ὄρα* qui in Nilo laudantur, ad huc pertineant non est certum.

Ib. *προμηθεῖος*. De prometheia herba omnium optime & elegantissime egit Apollonius Rhodius Argonaut. 3. repetenda ergo ex eo est huius radicis descriptio.

*Ἦ δὲ πῶς γλαφυρῆς ἐξέλειπε Φωελαμοῖο
Φάρμακον, ὄρα τὴν φασὶ Γρομηθίου καλεῖσθαι
Τῶν ἐκ' ὀνυχόισιν ἀφροσύμενος θυέσσι
Δαίμον μνησθέντας, ἐὼν δέ μοις ἰκμαίνουτο,
Ἦτ' ἀν' ὄγ' ἔτε ῥηκτὸς τοῖο χαλκοῖο τυπῆσιν,
Οὐτὲ κεν ἀφρομῶν πυρὶ εἰκῆδοι. ἀλλὰ ὁ ἀλλή
Λωίπρος κῆν ἡμῶν ὄμοις κέρτει πὲ πλοῖουτο.
Γρωπφύς τὸ γ' ἀέθε καππαρταρῶσιν, ἔραζε
Λιπέτ' ἀμῆστω κημοῖς ἐν Κωραεσίοισιν
Λίματόντ' ἰχθῆρα Προμηθῆος μογοῖο.
Τῶ δ' ἡβὸι αἴθος μὲ ὄρα πηχύου ὑπρῆθε,
Χροῖη χρορική ἰκλον κρόκω ἐξέφακῆθη,
Καυλοῖσιν διδύμοισιν ἐπῆρον' ἢ δ' ἐνὶ γαίῃ
Σαρκί νεοτμήτω ἀναγκῆν ἔπιεπ' ῥίζα.
Τῆς οἴλου τ' ὄρασι κελευῶν ἰκμαῖδα φηγῆ,
Κασσῆν ὁ κόχλω ἀμῆ (αὐτὸ φαρμάκασθαι).
Ἐπὶ αὐτῷ ἀνάοισι λοῖσασα μὲν ὑδάτασιν,
Ἐπὶ αὐτῷ βελμῶ κροσφῶ φον ἀγκυλέσασα,
Βελμῶ νυκτεπὸλον χρονοῖου ἀέροισιν ἀάσασα,
Λυγρῆν ἐνὶ νυκτὶ σὺ ὄρα φηγῆσιν φαρῆσιν.
Μυκημῶ δ' ὄρα ἐνδον ἐρεμῆν σίετ' ὄρα
Ἐξῆς πημομένους Τητιωῖδους ἔσπευ δ' αὐτῶς
Γαπτιο παῖς ὄρα δὲ πρὸς θυμὸν αἰώων.*

Ex quibus videre est vnde sic dicta fuerit hæc herba, quo in loco nascatur, quos sortiat effectus, & quomodo aliter *βίχη Τητιωῖς* vocetur, id est Titanica, quia, vt optime enarratores ad illa verba, è Titanum numero fuit Prometheus. Ex eo autem nascitur, & appellatur hæc planta, vnde ingeniose simul & portentose fabulatur Poeta Prometheus dolore affici, cum ea colligitur.

Ibid. *πρὸς ἀντιπαθ.* Quid hoc est? quæ illa antipathix fuerit? de doloribus paternis loqui auctorem nostrum putauit Natalis Comes, sed quæram adhuc quinam illi dolores? altum de his in

veterum monumentis silentium, forte de senectute Æsonis hæc intelligenda, cui Medea ope magicarum incantationum & herbarum iuueniles annos restituit. Sed nec hoc verum, quia primo *πατρὸς* non dixisset, sed *ἐκτροδ*, vel *πατρὸδ*. Æson enim eius locer erat, nec *αὐτῶν πατρῶν* addidisset, nullo siquidem dolore affectus fuit Æson cum à Medea prius occisus, deinde vita donatus est. Superest igitur, vt hæc intelligantur de contraria patris voluntate, eo enim infcio Iasonem Medea muniuit herba prometheia, vt vellus aureum consequeretur. lege 3. Argonauticorum Apoll. Rhodii, & hoc videbis esse verum.

AD ARARIM.

Pagina 1151. ἡ ἴρμος. Græci magistri ita arguantur, & Brigulum fluuium Ararim dictum volunt quod immisceatur Rhodano, vbi enim confluens est siue *συβολῆ* Saonæ & Rhodani, ibi proprie Arar *πρὸς τὸ ἡρμόσθαι* dici potuit. Qui ergo Brigulus ab initio, postea Arar, tandem dictus est Saona, tempore enim Ammiani Marcellini ita vocari cœpit.

Ib. *μεπνο. αρ.* Fabulosa hæc est nominis Arar deriuatio, altera Grammaticam spectat.

Ibid. *καρ. πλῆξ.* Plutarchus Parallelis in narratione de bello Punico contra Romanos duce Fabio maximo, *καρῶν πρῶθις* dixit, quod idem est.

Ibidem *Σκολοπιδ.* Interpretes Scolopidus vertunt. Sed quis ille piscis Scolopidus? nemo veterum aut recentiorum quod sciam eius meminit. Scolopax quidem piscis est corpore rotundo, vt narrant auctores omnes qui de piscibus diligenter tractarunt, quos consules, sed paruus, quod facit vt credam Plutarchum hoc loci de eo noluisse loqui, nam Scolopidum magnum piscem esse asseuerat. Scolopendra etiam piscis est proceræ magnitudinis teste Æliano libr. 4. cap. 22. & 7. cap. 26. & 13. cap. 23. Sed cetemarinum est adeo magnum, vt à maris tempestatibus in littus expulsus nemo audeat aspiceret. de pisce fluuiatili deinde hic mentio fit non de marino. Quare disquirendum est diligentius an de Scolopido quid certi proferri queat. Ego corruptum esse vocabulum existimō, & donec me docuerit aliquis quid Scolopidus, vnde, & quis veterum eius meminerit, sententiam non mutabo. Ex Scolopido igitur mihi & omnibus procul dubio incognito Clupæam facio, idq; auctoritate Ioannis Stobæi, apud quem sermone 98. *πρὸς νόστου*, &c. integriora referuntur Callisthenis Sybaritæ è decimotertio rerum Gallicarum verba, quæ hoc loco descriperit auctor noster, *Γινώσκω* (inquit) *δὲ ὅτι αὐτὰ μέγας ἰχθὺς Κλουπῆα καλούμενος. ἐν* voce *κλουπῆα* finxere nobis librarii imprudentes *Σκολοπίδος*, quem piscem ne nomine quidem, non dicam re nemo nouit. Clupæam scio etiam paucos esse qui nouerint, sed nomen tamen vulgare, & omnibus in propatulo. Iosephus Scaliger cap. 3 lib. 1. Aufonian. Lectio, postquam hanc Callisthenis auctoritatem ex Stobæo recitauit, in auctoris enim nostri verba nondum forte incidere, titubando coniecit Clupæa Callisthenis aliam fuisse a Clupæa Plinii, sicut Silurum Aufonii à Siluro veterum, & Plinii, & Echenidea Aristotelis ab Oppiani Echeniede, & tandem Mustellam Aufonii à veterum scriptorum Mustella. Plinii Clupea pisciculus est, Callisthenis vero ingens piscis. Præterea Plinii Clupeam quidam volunt esse Alofam vel Alafam, quod si verum sit *κλουπῆα* græce dici non potest, sed *γελῶσα*, vel *περῆσι* aut *περῆσι*. alia est igitur Callisthenis Clupæa, alia Plinii, sed de vtraque eadem qua stio est, idem dubium: ignoratum enim hactenus fuit cuiusnam hodiernorum piscium conueniat hæc denominatio. Celtica vox hæc est qua uescio quis piscis designetur.

Ibidem *χονδ. παρ.* obmutuere hic interpretes, quia vox *αἰλὸς* quæ de nouo accessit, deest in præcedenti editione, eam nos restituumus ex Stobæo, & hæc ita vertimus, *lapis grumo salis similis* cum Plinio.

Ibidem *εἰς καμῖς. ποι.* Galli verbo ad verbum *faict grand bien*, aliter dicunt Græci *ἀεῖσα*, & bene, aut recte, vel facile exprimunt per *καλῶς* pro *αγαθῶς*.

Ib. *πταρτ. νοσ.* Stobæus *πταρτῆας* habet quod melius est.

Ib. *πρὸς δειδ.* legit Stobæus *πρὸς δεισμένον*.

Ib. *Καλλιθ. ὁ Συβ.* Hunc laudare maluit Stobæus sermone 98. quam auctorem nostrum ex quo sine dubio sua habuit. Callisthenes adeo vetus autor est, vt eius rerum Gallicarum libros non existimasse Ioannis Stobæi tempore probabile sit.

Ibidem παρ. οδ τ. ζωνδ. Similiter Plutarchus Charo-
neus Parallelis in narratione de A'drubale Siciliae rego, καθ'απερ
ισορθε Δρακίδης ο Μιλήσιος εν παρωτη Σικελικω, παρ οδ πτω υπιδρισον εμαθε
Διονυσιος ο Σικελιωτης. Quis non odoretur hac ex eadem manu pro-
cedere?

Ibid. Τιμαγ. ο Συρ. De hoc Timagene Syro luculenter Am-
mianus Marcellinus libr. 15. Ambigentes super origine prima Gallo-
rum scriptores veteres notitiam reliquere negotii semiplenam, sed po-
stea Timagenes, & diligentia Graecus & lingua, quae diu sunt ignora-
ta, collegit ex multiplicibus libris. Strabo l. 4. ος ειρηκε Τιμαγην, qui a
Plutarcho Syrus, ab Ammiano Marcellino Graecus vocatur. Hic
a Callisthene Sybarita multa detumpfit, imo integram librorum
de rebus Gallicis hypothefim, vnde colligere licet, vetustissimum
esse illum Callisthenem. Timagenes enim illum, Strabo vero Ti-
maginem laudat.

Ibid. Αππομ. Ex Aristidis Milefi primo Italicorum narratio-
nem de hoc Atepomaro Gallorum rege hausit Plutarchus Paral-
lelis, quem confules.

Ib. λοφου. recte, quia in vertice montis Lugdunum aedificatum
est. Strabo l. 4. Αβυδωνου οκλεισμενου υπο λοφω.

Ib. αφηιδ. κορ. οππφ. In Phasi eodem modo dixit γδ περ αφηιδως οπι-
φ ανενπε.

Ib. οϊωνοσκοπ. quia de Coruis antea loquutus est, quibus in au-
guriis maxime utebantur.

Ibi. Δουγδ. voluit dicere Δουγδωνου aut Δουγδωνου, ita saltem de-
buit. Male prior editio Δουγδωνου habet. Nam si verum est quod
fubiungitur, Δουγδωνου lingua Celtica κορυη significare, δδωνου vero πο-
τεν, & ex his duabus vocibus compositum esse nomen Lugduni,
quis non videt scribendum esse necessario Δουγδωνου?

Ib. δδωνου Ita etiam scripsi non δδωνου, vt mendose precedens edi-
tio. Magnus Turneb. hic caecutiuit, nam hac δδωνου η εδδωνου ver-
tit, duntaxat vero excellentem, debebat potius, eminentem locum aut
montem interpretari. Caterum Dunum veteri lingua Celtica &
hodie terna Belgica locum editum aut montem significare vulgare
est, vnde fit vt omnia fere Galliae oppida, quorum appellationes
in dunu terminantur, in montibus aut eminentibus locis sita sint,
vt Lugdunum conuenarum, ex caenis reliquiis fanum D. Bertran-
di, vbi hodie f. des episcopalis est, constructum fuit, & Lugdunum
Segusianorum, Laudanum clauatum, Vxello dunum, & infinita
alia quae omittimus. Graeci teste Herodoto loca illa edita βουνος δι-
xere, quamuis Grammatici existiment vocem hanc esse Libycam,
Diodor. l. 5. Biblioth. de Hetruria eleganter, ο βουνος δδωνου αι ασημασι
ποτων διελπισται χωρησιμους, h. e. cliuolos colles habet arationi ido-
neos. Ab hac voce βουνος non valde distat δδωνου vox Celtica, & quae-
admodum hodie Belgae vocem δδωνου retinent, vt monticellos &
colliculos expriment, ita etiam nostri Galli protuberantes & tu-
mentes extremitates bouts ou boutons vocant, & eadem significa-
tione, but ou bute de terre a voce βουνος, a qua veteres agrorum fina
lia signa bonnes appellauerunt, vnde finium regundorum actio dice-
batur plet des bonnes, botontonum scilicet, vel botontinorum, aut
bodonum, hanc enim usurpat vocem Paulus li. 5. Sentent. ex resti-
tutione Claris. Caracii. Lugdunum igitur dictum est quasi Lugo-
dunum, i. e. Corui mons, ex auctoritate Clitophontis. Equidem
Lugodunum prius dictam fuisse hanc ciuitatem apertissime do-
cet Dio, ο Δουγδωνου με ονομαθεν νδν η Αβυδωνου λεγόμενου. Et in veteri-
bus epigrammatis saepius Lugodunum legitur. Glossae Isidori, Lu-
gues, Lugdinenfes, forte Lugros a λεγρος, id est cotuus lingua Celtica,
ita interpretatur locum illum Isidori. Caterum de aliis vocis Lu-
godunum aut Lugdunum deriuationibus consule Pauli Merul.
Cosmograph. part. 2. l. 3. c. 24. de Lugdunensi tractu, vbi multa.

Ibidem κλειφ. Rhodii Clitophontis Indica adducuntur
in Indo, & apud Charoneum Plutarchum Parallelis res Gallica
Clitophontis. Forte & hic Clitophon qui κτισμας scripsit, non di-
stat ab illis. hoc verisimile tantum, sed verissimum est plures esse
qui κτισμας composuerint. Plutarchus Parallelis Trismachum
οι πριτω κτισσαν & Dercyllum οι παρωτω κτισσαν citat. in Pactolo et-
iam auctori nostri cuiusdam Clitophontis mentio fit. Apud Har-
pocrationem v. ηρεχιον τευχος & ηφαισια laudatur Dionysius Chalci-
denfis οι πριτω κτισσαν, & οι πριτω κτισσαν. Adducit & Athenaeus in
medium plures κτισσαν auctores vt li. 10. Hellenicum οι κτισσει. Ste-
phani mutilator voce Καεμιαται eundem Hellenicum laudat οι
κτισσειν εδων και πλιων. de originibus & primis vrbium condito-
r bus agebatur in omnibus illis operibus. κτισειν, κτισσαι aedificare
e taut condere aut conditores, sed κτισειν latius patet, nam non so-
lu n de solo sed etiam de superficie dici potest, vt κτισειν εδων, χω-
ρει, regiones & prouincias, colonias: condere vero de superficie

duntaxat, non enim potest dici condere insulam, aut regionem,
aut prouinciam, sed vrbes in prouincia, aut in insula. Quamuis
condi colonias Varro togatorum doctissimus dixerit libr. 4. de
ling. Latin. & Ideo (inquit) colonia nostra omnes in littoris antiquis
scribuntur, vrbes quod item condita vt Roma, & ideo Colonia, vt
vrbes conduntur, quod intra pomerium ponuntur. Et Diuus Hie-
ronymus Chron. Euseb. numero D X C I V. Bithynia condita a
Phanice, & numero M. CCC I. in Sicilia Chersonesus condita, & nu-
mero M. C C C C. xv. Perinthus condita. Condere vox sterilis est,
pro qua Ennius creare vsurpauit in Euhemero suo, vnde in Sciris
κτισει creatura est, vel conditio, vt Tertulliano de corona militis. Et
Glossae veteres hinc explicandae, κτισει Creatura, aut κτισω creo, con-
do, aut κτισεις conditor, creator.

AD PACTOLVM.

Pag. 1151. χρυσορ. Non vna ratio est cur Pactolus dictus fuerit
Chrysothoas, sed plures, fabulosa est quam tangit hic au-
ctor noster, vt mox videbimus, duae aliae quae ab Eustath. Dio-
nyf. Afri interprete afferuntur probabiliores videntur. Χρυσορ-
ροας γαρ (inquit) ισορθηται ποταμος ο Πακτωλος, η ος αυ το ποτε χρυσορ κα-
ταστρον ηζηματα, η ος λιπαρων πτω εγχειλων γλυ, και πλουτοποιος ποιος οκει
γινόμενος. Prima quod auri ramenta secum trahat, secunda quod
pingues reddat finitimas terras & possessiones. Ob hanc vlti-
mam rationem Chrysothoae nomen conuenire soli Nilo mani-
feste probat Athenaeus libr. 5. Dipnosop. μόνος γαρ ος αλληδως ο
χρυσορροας καλούμενος Νειλος, μη προφανη αφδωνου και χρυσορ ακιβδηλου κα-
ταφέρει ακινδύων χωρησιμους, ος πασιν εξαρκειν ανθρωποις, δίκλω Τε-
ταπολεμου ημπομουν εις πασαν γλυ. Ob primam vero multi sunt tum in
Asia, tum in Europa fluii qui Chrysothoae dicti fuerunt, vt Ta-
gus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Ganges in In-
dia. Itaut no Pactolus duntaxat Chrysothoas dictus sit, sed & alii.

Ib. χρυσορ. Non video quomodo a nomine proprio Chii fluius
appellari potuerit Chrysothoas: vel Chrysothoas dici debuit fi-
lius ille Apollonis & Apathippes, vel fluius Chius a Chio, aliter
inepta & impudens fictio hac est.

Pag 1152. φει τ. συμε. και. non mutat phrasim, vt saepissime
alibi, quod aduertimus passim.

Ibid. ηη. Δαρ. Vibius Sequester de fluminibus. Pactolus Lydia
qui decurrens aurum trahit. non aurum sed ramentum auri, aut
ramentam, vt Plautus dicere voluit, vel scobem aut rasamen aut
rasuram. aliud est χρυσορ, aliud ηημα χρυσορ: Ita aliud aurum, aliud
ramenta auri vel scobs aut rasamen auri. Themist. orat. φει το
μη δειν τοις ποτοις δηλα τοις ανδρασι προσεχην. Α μη και οη το Πακτωλον διδω
αιωπη, και το ηημα ος ο ρεδσαι τον Γακτωλον οπι Κροισου φασι Herodotus
Πακτωλος ηημα χρυσορ καταφειρον οη η Τρωλη εις τον Ερμον ποταμον οη διδω.
Athen. li. 5. η Γακτωλον εχου χρυσορ ηημα καταφειρον. Vvuntur omnes
illi auctores verbo καταφειρον, vt nostri qui καταφειρομενον dixit εις τον
ειδωμενον κολπον.

Ibid. σιωαρορ. vertimus αυτελεσει coemunt cum Glossarum vete-
rum auctore Coemit σιωαρορ.

Ibid. φαρεις. Habent Latini ex hac voce integram suam fures,
quod & ipsi pueri didicisse debent ex 4. Instit. Iustin. tit. 1. Sed
quae hic de lapide Aruraphylace prodigiosa narratur, nescio an
quadam alia scriptoris antiqui auctoritate confirmari queat. Non
memini me quid simile vnquam legisse, imo contrarium obserua-
ui de Magnete. eum nimirum tantum furibus fauere, quantum
Aruraphylax eisdem nocet. Marbodeus Gallus in Daetyloth. ca.
42. de Magnete.

Sifur claustra domus spoliis gazisq, referta
Ingressus, prunas ardentis per loca ponat,
Et super aspergat magnetis fragmina prunis,
Vt per tetragonum sumi vapor alta vaporet,
Mentibus euerfis velut impediende ruina,
Desurient omnes in ea quicumq, manebunt,
Et fur securus rapiet quacumque libebit.

Ib. φβ βιαοβα. forte καθολικως loquitur de his qui violenta mor-
te occubuerunt. Nos autem hac intelleximus de furibus qui a cu-
stodibus abacti ope lapidis Aruraphylacis & per praecipitia delati
violenter moriuntur.

Ibidem ακεραιον. Aurum ακεραιον proprie aurum incommi-
xtum est, & purum, vt vertimus, sed elegantius dicunt latini pu-
tum aut sincerum, Vox putum a Graeca πωτο deducitur, vnde pu-
tum aurum est, aurum exploratum, & no adulterinum sed purum.

Nara

Nam Græci χρυσόν πύθον θάμ vel πύθον dicunt. Theocrit. χρυσόν πύθοντα ἀμύβοι. Vox sincerum prius usurpata dumtaxat fuit de melle, & postea metaphorice tracta fuit ad alias res, mel defæcatum dicitur sincerum, quasi sine cera, nam hæc est vera originationis vocis sincerum, quidquid contra contendat Laurentius Val-la lib. 6. Elegant. cap. 37. cum negat præpositionem sine componi, sane sine iudicio, vnde enim hæc voces simplex, sinciput. Donatus sincerum (inquit) quasi sine cera, mel simplex, & purum, & sine succo: vt ἀκέραιον quasi τὸ μὴ κερνάμενον, ὡς τὸ κεράνναι. Quem admodum igitur ab initio vox sincerum de melle tantum usurpabatur, ita & hodie Arabes **عذب** dicunt de aqua dumtaxat cum de aqua incommixta & pura loqui volunt. Avicenna

عذب dixit, id est aqua pura, non vt interpres male, aqua cucurbita, quod nos docuit Thomas Erpenius vir Arabissimi callentissimus in obseruat. suis ad Lexicon Arab. Raphaeleng. ἀκέραιον ὕδωρ ἢ κεράνναι dixit Aristot., aqua incommixta, simplex.

Ib. **καρμαν**. Plin. c. 29 l. 5. hunc montem Tmolium prius dictum Timolum vult, non Carmanorium. Sed licitum est auctori nostro fabulas narrare.

Ib. **Τμολ**. Vibius Sequester de montib. Tmolus Lydia, vino insignis.

Ibid. **καρμαν**. Si Tmolus dictus antea fuit Carmanorius, ergo hic legendum **καρμανωρία**, nihil certius. præcedens editio tamẽ male habet **καρμανίω**.

Ib. **καταφρον**. ἴ. τ. δ. Ita locutus est in Eurota.

Ib. **εὐρύχο** τ. β. παρ. aliquando **εὐρύχο** dixit, vt Mæandro.

Ib. **οἰσροπ**. Quamuis οἰσρος a silus sit siue insectigenus, quod Tabanum vocant, tamen Taurus οἰσροπλήξ hic non est asilo taurus agitatius, vt putauit Natal. Comes, sed furore potius, quemadmodum in hydaspe Elephas οἰσροπλήξ furibundus.

Ib. **Κισίρη**. Melius scribes **Κισίρη** cum duplici **σ**, licet vulgo afferant duo exẽpla, vt probent posse per simplex **σ** scribi, ex Epigram. nimirum & Theophrast. cum quibus coniungenda esset huius scriptoris auctoritas, nisi probabilius videretur omnibus illis in locis forte rescribendum esse per duplex **σ** **Κισίρης**. Certe apud Aristot. in fragmento illo spurio, vbi ex hoc loco de lapide illo qui pumici similis est eadem repetuntur, **Κισίρη** per duplex **σ** manifeste scriptum est. En verba. **Εὐρύχο** ἴ. τ. δ. **Μερόλω** γονάσσει λίθον παρόμοιον **Κισίρης**, ὅς πεδῆσαι ἢ ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χροῖαν, βλέπει δὲ ὑποπαρδένον ἢ μὴ τῆς χρόνης φρονήσεως μετῆχον. Rectissime hic est μετῆχον, noster non bene habet simpliciter **εὐρύχο**, nam φρονήσιν non φρονήσεως effert dicendum.

AD LYCORMAM.

PAg. 1151. Ἰδας Præcedens editio **Εἰδας** habebat. Nos maluimus **Ιδας**, & ita frequentius in veterum libris scriptum inuenitur. Dositheus primo Italicorum hanc fabulam narrauerat, ex eius reliquiis quæ habet Plutarchus in Parallelis, concinnata sunt. vetustissimus Homeri interpres Didymus ad p. Iliad. rem ab ovo ita repetit. **Εὐνιος** Ἄρως παῖς βασιλεὺς Λιτωλίας ἔχων θυγατέρα εὐφροσύνην **Μαρπησαν** τένονα, τὴς μνησσομένης αὐτῷ προσκαλεῖται εἰς δρματλιασίας ἀγῶνα, λέγων οὐδὲν σὲν τῆς ἀφροσύνης αὐτὴν δαίμονα, τὴς ἴ. λ. φ. δ. ἴ. τ. δ. **καρμαν** μῦθον, ἐπιπέσει τὰς κεφαλὰς ὅππῃ τῆς πίχης ἢ οἰκίας, εἰς κατάπληξιν ἢ λ. ο. π. λ. λ. ἄν πινυν ἢ δὴ ἀηρημένων, Ἰδας λόγῳ μ. Ἄρως υἱὸς τῆς ἴ. λ. φ. δ. ἴ. τ. δ. **Ποσειδῶνος**, πλειστάσι λαβὼν ὡς τῆς πατρὸς ἴππυος ποδωκεστῆς, ἤρπασε τὴν κόρην χορῆσται ἢ Ἀρπίιδος. **Εὐνιος** ἴ. τ. δ. ἢ ἴ. τ. δ. ἢ ἴ. τ. δ. **καταλαβὼν**, ἀποσφάξας τὴς ἴππυος ἢ ἔχον, εὐατὴν ἔρεψεν εἰς τὸν **Λυκόρμα** ποταμόν, ὃς ἀπ' αὐτῆς **Εὐνιος** προσήρηνθη. Non exscribimus reliqua quæ tute ipse consules, vt breuitati consulamus.

Ibidem **Αφάρ** παῖς. Apud Plutarchum excusum est **Αφάρης**, sed male. Habitus autem est pro Apharei filio Idas, cum tamen Neptuni vere filius esset, vt ex Schol. illo didicimus. Ita apud Harpocrationem Aphareus dicitur reipsa esse filius Hippix, opinione vero Isocratis. **Αφάρης** (inquit) **Ἰππίου** μὲν υἱὸς, ὀνομαζέσθαι δὲ **Ἰσκαρέου**. Quæ nos diligenter in notis nostris interpretati sumus.

Ibid. **Μαρπησ**. Alii volunt **Μάρπησαν**, vt nos excudendum curauimus. Homerus Iliad. α.

Κόρη **Μαρπησ**: καμισπύρη **Εὐλῶν**
Ἰσεω ἴ.

Ibidem **Ελευθῶνα**. vrbs est Ætolix Pleuron, teste Hermolao Byzantio.

Ibid. **Λυκόρ**. Male in quibusdam exemplaribus excusum inuenies **μ**: peccatum hoc est operatum.

Ibid. **καὶ τῆς συμψ**. Natalis à Comitibus hæc cita vertit, nullamq; spem fugiendi reliquam videret. Male, nam Euenus non fugiebat, sed potius Idam filix Marpissæ raptorem fugabat. Ergo vertere ita debuit, **εὐατὴν** raptorem assequi desperasset.

Ibidem **Εὐλῶς** **ματων**. Qui prius Lycormas tandem dictus est Euenus. Straboli. 7. **Εὐλῶς** ὁ **Λυκόρμας** ὡς πρὸν καλούμενος. Stephani mutilator. **Λυκόρμας**, ποταμὸς ἐν πνέε **Εὐλῶν** φασί, Archelaus apud Stobæum sermone 243. **ὡς** νόσ **Εὐλῶς**. & **Λυκόρμας** ἢ **Λιτωλίας** ποταμὸς, μετανομένη δὲ **Εὐλῶς**.

Ibidem **Βοτάνη** ἢ **λογ. παρ.** Vitiolissimus erat hic locus ante nostram editionem. Quare nihl mirum si ab interpretibus non fuerit perceptus, manca enim oratio, quam ita suppleuimus. **βοτάνη** **Σάρασσα** λόγῳ παρόμοιος. Herba illa quam dicit esse lanceæ similem, **Sarissa** est. Archelaus libr. 1. de fluuiis: **Γαῖα** τῆς δὲ ἐν αὐτῇ **βοτάνη** **Σάρασσα** (ita lege non **Σάρασσα**) **πρὸ** γρ **ρευσμένη** λόγῳ παρόμοιος, ποιοῦσα **ὡς** ἀμβλυωπίας **ἀεῖται**. vltima litera ἢ vocis **πρὸ** γρ **ρευσμένη**, sola adhæserat textui, reliquæ deerant, quo solo argumento probari euidentissime potest mancam fuisse, & truncatam hic auctorem nostrum. Optime autem herbam Sarissam lanceæ similem facit, Sarissa namque hasta longa est, vel **εἶδος** ἀκονίτιος **Ελληνικοῦ**, aut **ἀσπίθ** βαρβαρική **αὐτὴ** apud Macedones teste Helychio. Hinc restituere debes quæ corrupte leguntur in fragmento illo spurio, quod additum est libello **ἀδελφάμας**. **ἀκευ**. **ὡς** **Λυκόρμα** ποταμὸς γονάσσει **βοτάνη** λόγῳ παρόμοιον **στυπλοῦσαι** **ὡς** ἀμβλυωπίας. Legendum **Λυκόρμα** **δὲ** **ὡς** ἀμβλυωπίας **ἀεῖται**. vocabulum herbæ Sarissæ etiam hic deest, vnde conicio à vitiosis auctoris nostri codicibus illa descripta fuisse.

Ibid. **Ζηλ. τ. γωμ** **σγ.** Simpliciter putavi vertendum, **coniugis factus zelotes**. Nisi nobiscum mutes interpunctionem, errabis omnino cum interpretibus, qui hic quam longissime à sensu auctoris discesserunt. Natalis Comes **animo inflammato** dixit: Turneb. **verò mutato habitu**, sed **σχηματισ** aliud est, Glossæ, **conformat σχηματισ**. Vnde **ζηλωτῆς σχηματισ**, zelotes conformatus, id est factus: afferant meliora qui poterunt.

Ibidem **Μυλω** **δ. φασ**. In Caico dixit, ὃ δὲ **φάσ** **καπέφυγον**.

Ibid. **Λευκόιον**. Nomen floris Leucoion est proprie, non debet aliter vocari, sed si vim nominis velis denotare, alba viola vocandus erit. Plin. **viola candida colorem sentiens** ausus est dicere. Adeo aut huc leucoio flori noueræ nomen contrarium est, vt quamuis diutius duret, teste Plinio lib. 21. ca. 11. **eius enim vita longissima trimatu est**, tamen prolato noueræ nomine marcescat. auctore Dercyllo. 3. de montibus. vide caput 44. **ισοειδὴν** **θαυμασίον** **Απολλωνί**.

AD MÆANDRVM.

PAgin. 1153. **αναβα**. Apposite Mæander dictus est Anabæon, quia ita sinuosus flexibus est, vt saepe credatur reuerti, ait Plinius ca. 29. libr. 5. Vibius Sequester de fluminibus **Mæandros Carie gentis Asia**. hic tam flexuosus est, vt in sese reuertat, eis εὐατὴν **καλλιδρομῆ**, dixit Plutarchus. Hinc flexuosa omnia & in se remeabilia Mæandros dixere. Strabo libr. 13. ὡς **εἰς** ὀκείνη τὰς **σκολιότητας** **ἀπὸ** **τῆς** **μαγάνδρος** **καλεῖται**.

Ibidem **μόνος** **τόρ**. Falsum hoc est, nam Neda recurrentibus ripis etiam flexuosa est, vt de Mæandro Solinus loquitur, Pausanias Arcadicis. **Ποταμὸν** ἴ. τ. δ. **ἴσμε** **Μαγάνδρος** **μὲ** **σκολίῳ** **μαλιστα** **καταπύ** **τῆς** **πέρας**, **ἴσπε** **τὸ** **αἰὼκαμπίς**, **καὶ** **αὐτῆς** **ὀπισθοφάσ** **παραχέματος** **πλίσι** **ταις**, **δεν** **πέρας** **ἴ. τ. δ.** **γὰ** **ἴνκα** **φίροισ** **αὐ** **ἢ** **Νεδα**. Non igitur solus ex omnibus fluminibus Mæander flexuosus & sinuosus est, vt existimat auctor noster.

Ib. **ἀπὸ** **τῆς** **ἴ. τ. δ.** **ἀρχ**. Non est vertendum **cum à propriis fontibus incipiat**, vt Natalis Comes, neq; **ad fontes suos vnde ortum habet**, vt Turneb. quia non est verum Mæandrum reuertere ad suos fontes, sed tantum ob varios quos ab ipsa origine habet flexus, adeo sinuosum esse, vt reuerti saepe credatur. est ergo **ἀπὸ** **τῆς** **ἴ. τ. δ.** **ἀρχῆς** **αὐ** **τῆς** **ἴ. τ. δ.** **ἀρχῆς**, ab origine ipsa, Galli exprimerent, **a commencing dessein sa source**.

Ibid. **δαιδαμ**. lege **δαιδαμονίας**, Chalcographus veterem errorem retinuit.

Ibid. **Τμολ**. ὡς **φρυγ**. Hermefianaetis etiam, Alexandri Cornelii, Aretazis Cnidii, & Agatbarchidis Phrygica ab auctore nostro adducuntur, **Μαίσα**, **Σαγὰ**, **Τίγρι**.

kkkkk iij

Ib. Αγαθοκλ. ο Σαμ. Alter est Agathocles Milesius, cuius libri de fluminibus in Inacho celebrantur. Quendam etiam Agathoclem in α παρὰ Κυλικῶν laudat mutilator Stephani voce Βεσβικος.

Ibid. ἀκμησρ. Propriam huius vocis significationem non exprimit interpretes. Nos vertimus denuo dux exercitus clellus.

Ibid. ὀλιγ. ὁ σαρφ. κ. ε. μετ. cum Suetonio in Vitellio diximus, non multo post prænitiens facti.

Ibidem σάφρον. Dicitur est hic lapis per antiphrasim Sophron, quod eos in quorum sinus iactus fuerit furentes & homicidas reddat, ἄφρον debuisset dici potius si ab effectu nomen eum sortiri velimus, sed quia per antiphrasim appellatio ei indita est, non male Sophron vocatus est. P. sime apud Aristotelem excusum est ἄφρων Locus est in fragmento illo spurio quod est additum libello de Mirabil. ὃν δὲ τῷ Μακκιδρόφω παρὰ τῆς Δοσίας λίθον φασίν ἄφρονα καλοῦμενον κατ' αἰτίφρασιν. ὃν ἴαν τις εἰς ἕνος εὐβάλην κόλπον, ἐμμανῆς γίνεται καὶ φονεῖται ἕνα ἄρ' συγγράμ. Lege σάφρονα, hoc enim ipsamet verba κατ' αἰτίφρασιν postulare videntur. Ita à contrario sensu, Manes, Eumenides, & bellum dicta sunt.

Ib. ἐξίλασθαι. reliqua desunt apud Aristotelem. Ibid. Δημόδ. Plutarchus Parallelis Demarati cuiusdam res Atticicas citat, forte libri de fluminibus qui hoc loco laudantur ad eum pertinent, libri etiam de Phrygia eidem tribuuntur in fine huius fluminis.

Ibidem Σιπυλ. Sipylus vel mons est vel vrbs. Homeri vetus enarrator Lydiae aut Magnesia eum vult esse montem, cui subscribit Vib. Sequester de montibus. Syphilus Lydia. Eustathius Phrygiae, dictumque eum affirmat sua tempestate κουζινῶν. Qui igitur ab initio Ceraunius, postea dictus est Syphilus, tandem vero Cuzina.

Ibidem Κυλινδ. de Cylindro lapide ad Alpheum agemus, obseruatantum hæc repeti apud Aristotelem in fragmento illo spurio. Γεεὶ τὸ Σιπυλον ὄρος γίνεσθαι φασὶ λίθον παρόμοιον Κυλινδρῶν, ὃν οἱ εὐσεβεῖς ἔδοσαν εὐροσιν ἐν τῷ πελάγει τῆς μητρὸς ἢ τῶν θεῶν πρῶτα, καὶ ἔπειτα χάριν ἀσεβείας ἀμείψασθαι, ἀλλ' αἰεὶ φιλοπατρῆες εἰσι.

Ib. ἀμείψ. Melius est apud Aristotelem ἀμείψασθαι, vel si hanc lectionem retineas, scribi debet ἀμείψωσιν.

Ibidem Αγαθάρχ. Hic Agatharchides Samius non tantum de lapidibus scripserat, sed & de rebus Phrygiis, ut auctor noster restatur Marfya, & de rebus Persicis, ut Plutarchus Parallelis. Alius ut opinor est Agatharchides Cnidius, quem quidam Agatharchum dixere, ut Photius te docebit, qui de eius operibus disputavit.

Ibidem Δημόδ. editio præcedens Δημάρετος habebat. Ego malui Δημάρετος.

AD MARSYAM.

Pagina 1154. Κελευσ. legebatur antea Κελευσῆς, sed reposuimus nos Κελευσῆς, vrbs hæc mutavit nomen & Apamea dicta fuit ab Apamea sorore Seleuci Regis, ut recte Lilius libr. 38. Notaque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea sorore Seleuci Regis. Non satis caute Solinus Polyh. cap. 43. Apameam dictam fuisse hanc ciuitatem existimat à Seleuco rege.

Ibid. πηγ. Μιδ. Male in veteri editione erat excusum Μιδῶ bis. Nos Μιδῶ utrobique restituimus. Marfyæ prior denominatio hæc fuit πηγὴ Μιδῶ.

Ibid. μετων. Μαρσ. Eustath. ad Dionys. Periegetem, ἔπινεν εἰς τὴν Μιδῶν καλλομένην κρήνην, ὅθεν τῷ μετὰ κλήθην Μαρσύας.

Ib. ὅκτῃ ρευσ. αἴμ. Ex fluente Marfyæ sanguine orti sunt Satyri, & fluius cognominis Marfyas. Palæphatus libro παρὰ ἀπίστοτων: εἶδον ἐν 2ῳ ποταμῶν ἐν Φρυγίᾳ, Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῶ, ὃ ἐλεγον οἱ Φρύγες, ὃ πρὸ ἐδ-μα τῷ ποταμῶ τὸ εἶμα τὸς θεοῖ τῷ Μαρσῶν Ouid. sexto metamorp. vult Marfyā fluium ortum esse non è sanguine Marfyæ Satyri, sed è lacrymis Faunorum, Satyrorū, & Nympharum quæ Marfyæ casum defleuere.

— : Madefactaq; terra aducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis
Quas ubi fecit aquas, vacuas emisit in auras
Inde petens rapidum ripis declinibus aquor
Marsyia nomen habet Phrygia liquidissimus amnis.

Ibidem Αλλοξ. Κορν. Hic est Alexander Cornelius quem Stephani mutilator vocibus Α'ραξῆ, & ἀσός laudat ἐν τῷ παρὰ τῷ

ωδρ' ἄλκμαϊ, ππικῶς εἰρημένων. Eiusdem Liber παρὰ Φρυγίας tertius citatur in φαρνακία, quamvis enim illic tantum Alexander nominetur, tamen non dubito quin loqui voluerit Stephanus de Alexandro Cornelio. Plures fuere Alexandri cognomines scriptores, ut Alexander Aselepiada filius, qui orationes 42. scripserat παρὰ παν-τοδαπῆς ὕλης, Alexander Ephesius, cuius Asia & Libya citatur ab Stephani epitomatore in χαονία, Alexander Polyhistor, cuius varia opera, ut librum de Cilicia, & Lyciacorum volumina idē Stephanus variis locis laudat, tandem Alexander noster Cornelius, cuius hic res Phrygiae celebrantur.

Ibid. Ευμηδ. Non Euemeridam inuenio laudatum in veterum monumentis, sed Euemeros multos, ut Milesium apud Etymol. auctorem, Tegeatem apud Theodoretum, & Agrigentinum apud Clem. Alexandrinum.

Ibid. ὁ ἀσός Μαρ. Eustathius ad Periegetem iisdem pene verbis hanc histor. narrat.

Ib. χρ. δαπανθ. Non habet Eustathius δαπανθῆς, sed tantum κατοικηθῆς, mira tamen elegatia est huius vocis δαπανθῆς, quasi exesus & consumptus tempore, nam tempus edax dicitur.

Ibidem Μιδ. κρω. Hic etiam restituimus Μιδῶν κρήνην, cum male esset antea Μιδῶ.

Ibidem Πεισις. ὁ Λακιδ. eadem recitat Eustath. in commentariis ad Dionys. Afrum, καὶ Πεισις εραπε (inquit) ὁ Λακεδαίμωνιος κατὰ χρησμῶν ἀπὸ τῆ συζυγίματος πόλιν κτίσας Νώρικον παρὰ τὴν ἑρπύσαν, οἷς αἰεὶ εἶποι τις ἀσόν.

Ibidem Νωε. δ. οἱ φρ. Verum est, sed scribendum per ω Νώρικον, non, ut in præcedenti editione per ο. Eustath. ad eundem Dionys. πνῆς δὲ ἰσοροδοσιν, ut Euemeridas Cnidius, καὶ ἐπὶ Νώρικον οἱ φρύγες τὸν ἀσόν καλοῦσι. Vox igitur Noricon Phrygia est, & vntrem significat, vnde vrbs illa Pisistrati ab vtre Marfyæ Noricon dicta fuit.

Ibidem Βρεκυνθ. Bercynthium vocat hunc montem. Latini Bercyntum, ita enim scribendum est ex Seruio ad 9. AEncid. Mater Deum à monte Phrygia Bercynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus quotiescumque montem Deli Cynthum dicimus, est autem tenuis ista desertio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio, nam ecce Ripai montes Arcadia non scribuntur cum aspiratione, quam addimus cum Riphaos montes Scythia significamus. Vnde apud Vib. Sequestrum de montibus non Bercyntus legi debet, ut excusum vulgo est, sed Bercyntus Phrygia, vnde mater Deum Bercyntia.

Ibidem ἀπὸ Βρεκ. A Bercyntho primo Cybeles sacerdote dictus mons est Bercyntus, & à Bercynto monte mater Deum Bercyntia.

Ibid. μάχηρα. De hoc lapide Machæra etiam agitur in fragmento illo spurio. ὃν ὄρει Βρεκυνθίῳ γυνάσθαι λίθον καλοῦμενον Μάχηραν, ὃν εἰὰν ἔρη τις ἢ μυστηρίων τῆς Ἐκείνης ὀπιτελουμένων, ἐμμανῆς γίνεται, οἷς Ἐυδοξος φησιν. Duo in his obsetuo, primo hæc ab Eudoxo peti, cum tamen sua auctor noster habeat ab Agatharchide Samio. Secundo de Mysteriis Hecates loqui fragmenti auctorem, Plutarch. vero nostrum de mysteriis Cybeles aut matris Deum.

AD STRYMONEM.

Pagin. 1154. Ηδονιδ. Melius leges Ηδονίδα. Sed quæ illa ciuitas Hedonis? nullam noui præter Antandrum, quam ex auctoritate Aristor. Ηδονίδα dictam & Cimmericorum sedem fuisse testatur Hermolaus Byzantius. forte γαῖαν pro πόλιν dicere voluit. Terra Hedonis Thracia est, & in Thracia Strymon Æschyl. Persis.

Βόλων θ' ἔλειπον δόνακα, Παγγαῖον τ' ὄρος
Ηδονίδ' αἶαν.
Et statim — : Γήγυσιν ὅππῃ,
Ρ' ἐσθρον ἀγρῶς Στρυμόνος.

Ibid. συμβ. ἀκούσας. Solet dicere κατοικηθῆς, sed ut mutaret phrasim ἀκούσας hic dixit.

Ibid. Παλαστίνος. Conozus prius dicebatur hic fluius, sed postea à Παλαστίνω Neptuni filio qui se in eum præcipitem dedit audita Haliacmonis filii sui morte, Παλαστίνος vocatus fuit, & tandem Strymon ab Strymone Martis & Helices filio, qui audita quo-

AD SAGARIM.

quoque Rhesi filii morte se proiecit in eundem fluvium. De morte Rhesi quæ narratur obseruo ego vera esse, ex tribus enim quos habuit Strymon filius, vnus Rheus dicebatur, alius Brangas, alius Olynthus. Hic Rhesus pro Priamo ad Ilium militans Diomedis manu occisus fuit. Vnde forte postea Strymon eius pater præ mœtore se proiecit in fluvium illum Palæstinum, quem ita vocatum fuisse testatur auctor noster, at Conon narrat. 4. veteres eum prius Ioneum dixisse asseuerat, ἡ πόλις (inquit) πύρρη δὴ ἦτορ τὰ παλαιὰ Ὀλυμπίου τῆς πόλεως, καὶ Στρυμόνος τῆς Θεσσαλίας βασιλεύσαντος ἀπαγγέλλει, ὃ καὶ ὁ παλαιὸς Ἴωνεὺς ποταμὸς ἐπώνυμος. vide reliqua apud Photium.

Ibidem Ἰάσονος Βυζαντ. Forte hic idem Iason est qui quatuor libris Ἑλλάδος βίον scripserat, teste Stephani mutilatore in Ἀλιζάνδρου & Πύλος.

Ibidem ὁ μὲν αὖ. Bæus in Ornithogonia apud Antonium Liberalem narrat. xi. docet Iunonem moleste tulisse quod Aedon & Polytechnus gloriarentur plus inuicem diligere se, quam Iuno & Iupiter se mutuo diligant. ἐπι (inquit) δὲ λόγον ἀχρόϊον ἀπέριβαν, ὅτι πλείον ἀλλήλους ἔρασαν καὶ Διὸς φιλοδοξίαν καὶ Ἡρα μισοφιλίαν πῶν λόγον, ἔλεν αὐτοῖς ἐπιμύθη. Digni quidem temerarii illi amantes supplicio huiusmodi & vindicta, quod amorem quo se prosequerantur, mutuo Iunonis & Iouis amori prætulissent. Sed indigni profecto Rhodope & Hæmus seuera illa castigatione & metamorphosi, qua à Diis plexi finguntur. Non enim insolenter, vt alii de amoribus Iunonis & Iouis loquuti erant, sed tantum amore coniugali se vocauerant inuicem Iunonis & Iouis nomine. Coniugum omnium similis amor est: viros siquidem videas apud veteres, qui mulieres suas Iunones vocent, mulieres vero quæ viros suos Ioues. Stalino senex ita alloquitur Cleostratam vxorem suam apud Plautum Casina.

Eia mea Iuno non decet te esse tam tristem Ioui tuo.

Et iterum, quia iussit hæc Iuno mea. Inepte puto finxisse hic auctorem nostrum Rhodopem, & Hæmum à Diis punitos fuisse, quod se inuicem Iunonem & Iouem vocassent: cum vere coniugalis ille amor esset.

Pa. 1155. καρκ. τ. χρ. Interpretū vnus, atro colore alter nigro colore vertit. Sed vterque non sat bene: debuissent potius dicere Coracino colore. Paulus in l. Quasitum 78. §. coccum D. de Legat. 3. Quin minus porro coracinum, aut fuscum, aut melinum suo nomine, quam coccum purpuræ ane designatur. Vitruuius libr. 8. cap. 3. Προκαίνα λιλιοσ λευκοφθα, αλις locis pulla, aliis coracino colore. Strabo libr. 12. καρκίν χροάν dixit, vel καρκίν χροάν vna voce, vt tentat reponere magnus Casaubonus. Sed non plus insolentiæ in vocibus illis καρκίν χροάν Strabonis, quam in istis auctoris nostri καρκίν πύρρη, nisi καρκίν legendum sit, vt paulo post ad Inachum, vbi male etiam excusum esse animaduertimus πύρρη χροάν καρκίν, pro καρκίν.

Ibid. ἀστροπομ. Ita de lapide quodam Crystallo simili in Tanai locutus est, ὁ ἀστροπομῆμος, ἐστὶ μύθος.

Ibidem ἑξελύον. πικρ. Hæc satis intricata sunt, prior editio male passim habebat diuisis vocibus ἑξελύον. Nos semper excudendum curauimus ἑξελύον, vt hoc loco. Interpretes non conueniunt inter se. Natalis Comes vertit, continno conuincuntur, & coalescunt. Adrianus Turnebus vero confestim dissoluntur. Omiserunt duas vltimas voculas καὶ ἰδίαι, quia medicina egebant, legendum indubie, καὶ ἰδίαι. Sentus, dissoluntur statim & seorsim, vel separatim. Attici ἰδίαι vtuntur, quod gaudet genitiuo, cum aliquid excludere volunt, vt comicus in Ranis bellissime.

Γλαβάν δὲ ὀπιορκίαξ ἰδίαι τῆς φρενός.

Vbi ἰδίαι seorsim significat. Vox autem dissoluntur qua hic vitur, non simpliciter accipitur pro dissociari ac separari, sed pro perire aut dissipari, aliter enim nullum haberent sensum verba auctoris nostri, cum ex hypothese dissociati iam & separati fingantur illi lapides Philadelphi.

Ibid. Ἐγυπτ. Ægyptiaca Thraylli in Nilo laudantur, vtrum ad Mendesium pertineant non pater.

Ibid. Τραγ. Sed horum Tragicorum quis auctor? an Thrayllus Mendesium, an Iazon Byzantius qui paulo ante laudatus est. Natalis Comes huic Iazoni Byzantio illa tribuit, quod non potuit facere quin ante vocēs ἀ Τραγικαῖς, reposuerit Ἰάσονος Βυζαντίου, quæ forte desiderantur.

Pagina 1155. E Græcis auctoribus pauci sunt qui hunc fluvium Sagarim vocent, alii enim eum Σαγγάρον, vt Homerus, & post eum Strabo, Pausanias, Dionys. Afer, alii Σαγγάρον, vt Ptolemæus, dixerunt. Vnicus auctor noster Σάραρον, quem secuti sunt multi Latinorum Ouid Marc. Capel. Hyginus, & Vib. Sequester. Sagaris (inquit) Phrygia ad castellum Berecynthium. Solinus Polyhist. cap. 45. Sngatum & cap. 44. Singarium dixit.

Ib. Σαγαράτ. Sagarim prius dictum Xerabatem nusquam legi, docuit quidem me Plinius Corallium à quibusdam eum vocatum fuisse c. 1. l. 6. his verbis. Idem Sanparius à plerisque dictus Corallius. Quæ repetit Solinus ca. 45. Polyhist.

Ibidem ἐκεί. Quamuis non tuisent adhibita hæc duæ voces φρονίμων λογισμῶν, illud ἐκεί simpliciter idem tamen significasset. nam ἐξίστημι extra me sum valet, vnde apud Ph. uor. ἐξίστημι per μαίνεται explicatur, & Marci cap. 1. verl. 21. ἐξίστημι vulgo voluit esse in furorem versus est, verba Evangelistæ hæc sunt, καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτῶν ἐξήλθον κρατῆσαι αὐτῶν, ἔλεγον ἑαυτῶν ὅτι ἐξίστημι, & cum audissent sui exierunt tenere eum, dicebant enim quomiam in furorem versus est. Alii vertunt quod extra se esse. quod idem est. durior est hic sensus, & blasphemica videtur in Christum; viri docti, ex versione Arabica aliam interpretationem attulerunt, quæ rationi magis est consentanea. Et cum audissent sui exierunt sustentare eum vel prehendere auxilium ferendi gratia, dicebant enim quia malum est illi cor. Vox κρατῆσαι hic non significat tenere aut vincere, quæ de homine furibundo, aut extra seposito proprie vsurpantur, sed ex sententia Arabica paraphraseos, ruerent sustentare, vt Matthæi c. 9. 25. ὁ κερῆσαι τῆς χυρῆς αὐτῆς de Christo puellam mortuam excitaturo, vbi ἐκέρησαι significat prehendit vt sustentaret, vel suscitaret. Cum ergo vox κερῆσαι, in qua fieri aliqua vis poterat, quæque huic interpretationi fauere videbatur, non pro vincere aut tenere, sed pro auxiliari aut sustentare hic accipitur, restat vt ἐξίστημι illud significet, cor illi malum est, Arabs paraphrastes ita interpretatur, & vt loquerentur Latini, patitur deliquitum cordis, Galli le cœur lui fault, non in furorem versus est, aut extra se est, quæ cadere non possunt in Saluatorem nostrum. Hanc interpretationem primum ex Arabica paraphrasi eruisse Stephanum Hubertum Regium dum viuebat Arabica lingua professorem Lutetiæ audiui, quæ tantopere Magno Casaubono postea atrilit, vt eam capit. 17. exercit. 14. in Annal. Eccles. repetierit.

Ibidem πύρρη λιβ. Chalcographus hic errauit, tu corrige τὸ λιβρον ἐὰν ἔυρη τις.

Ibid. ἀποπνομῶν. Non est mirum si ista Natalem Comitem torserint, nam vox hæc ἀποπνομῶν paululum desciiuit à suo regimine, prior huius peribdi pericope ita concipienda videtur. πύρρη τὸ λιβρον ἐὰν ἔυρη τις ἀποπνομῶν ἀσπίδος ἐυελοσόμενον. Id est, si quis Gallorum aut excisorum hanc lapidem qui difficulter inueniuntur, offenderit. Obseruo tamen auctorem hunc gaudere similibus transpositionibus, vt Tigri, vbi de Mausoro monte mentio.

Ibid. ἕξελύεται. Græci vnica voce expriment quod Latini multis. Hi non stupet aut non nouus est, dicant. Ita enim vetus quidam Poeta:

Dum stupet, ac nouus est & adhuc non nouit amorem.

Illi ἕξελύεται, quæ vox illa omnia comprehendit. Sensus aut auctoris nostri forte est huiusmodi. Si quis excisorum lapidem Antoglyphum inuentu difficilem repererit non stupet aut nouus est, sed fit sapiens imposterum. In Sapiemem non cadit admiratio, vt voluerit Stoici. Galli ergo illi & excisi matris Deorum Sacerdotes, qui vt furentes & stulti finguntur, postquam illum lapidem inuenierint non amplius stultescunt, sed sapiunt. nulla enim in eos cadit admiratio. Subtilis hæc interpretatio si non vera.

Ib. ἀμ' ἐμψ. Potest etiam legi ἐμψυχῶς vt vt velis, tamen nõ possum admittere Magni Turneb. hæc cepisse cum vertit, sed vnam naturam opisicio indicam faciem representat. Græca ita habent ἀμ' ἐμψυχῶς φέρει τὸ ἑξελύεται τινὸς ψυχῆς, quæ ἀμψιψύχῃ, ita sunt explicanda, sed constanter respicit quæ præter naturam aguntur.

Ib. Ἀρετάξ. Apud Plutar. Chær. Paral. bis corrupte legitur Ἀρετάξος ὁ Κνίδιος. Legendum, vt apud hunc nostrum auctorem Ἀρετάξος, composuerat hic Aretæus Cnidius præter res Phrygiæ, Νησιωτικῶν libros, & res Macedonicas. De eo quædam in Iudicio.

Ib. βασιλικ. Ballen & Ballenæus vocēs Phrygiæ sunt, hæc Regiæ significat illa Regem. Euphorion apud Scholiastem Æchyl. in Persis, Thuriarum vult esse dialectum. Εὐφορίων δὲ φησὶ Θεσίωνα τῶν δὲ λέκτων, ὅθεν ὁ βασιλικῶν ὄρος ὁ δὲ βασιλικῶν.

Ibidem *ἀσπτική*. Mortuum vertit Natalis à Comitibus, sed *ἀσπτική* aut *ἀσπτικήμα* non significat decessisse, aut mortuum esse imo potius in eum incidisse morbum, ex cuius diurnitate tabescit quis. *ἀσπτικήμα* hic igitur est pene tabe confectum, Gallicerent *eti quæ* Magnus Turnebus maluit vertere *sensim extingui*, quia qui tabescunt non statim moriuntur, sed paulatim, & sensim extinguuntur.

Ibid. *Ἄσπρ*. Aster vocari debet hic lapis non stella, vt male vertit Natalis Comes, sed de Astere quis veterum locutus est? nullus quod sciam præter hunc auctorem. de Asterio quidem & Asterite multi, Dionys. Afer de Asterio.

Φύστω Ἀστέριος καλὸς λίθος, οἷα ἔστι ἄσπρ

Μαρμαῖρον.

Ptolemæus Hephæstion lib. 7. πρὸς εἰς πολυμαθίαν κερνήϊς ἰστορίας, de Asterite, *Γάνα* δὲ φησὶν ἰχθυῶν ἔσθ' ἡλαστόν κητώδη, ὁμοίον τῷ Γάνα κ' ἰχθῶν ὄψιν ἐν πύτῳ λίθον εὐερίσκεσθαι τὸν Ἀστέριον, ὃν εἰς ἡλίον τεθέντα ἀεὶ ἀπ' αὐτοῦ, ποιεῖν δὲ καὶ πρὸς φίλτων. πρὸς δὲ τὸν ἔχον ἑλίον γλυφῶν ἔχοντα αὐτὸν τὸν ἰχθυῶν τὸν Γάνα, καὶ ταύτην ἰκέχρητο τῆσφρασίδι. Suidas ferme eadem refert voce ἰχθῶς. Ἀποστόλος ὁ Μιθραϊσταίου ἀναγνώστης ἔγραψε πρὸς ἑλίον ἐν ᾧ φησὶ Παῖνα ἰχθυῶν καλεῖσθαι κητώδη, ἐν πύτῳ δὲ τὸν Ἀστέριον λίθον εὐερίσκεσθαι, ὃς ὑπὸ τῷ ἡλίῳ ἀεὶ ἀπ' αὐτοῦ, ποιεῖν δὲ πρὸς φίλτων. Vnde forte apud Plinium libr. 37. cap. 9. quo loco est Astroitem, & quo loco Astrios est, legendum Asterios & Asteritem. De Asteria idem Plinius illic quædam monuit, de Astere ne verbum quidem, nisi cum de altera è terris Samiis quæ Aster vocatur agit, sed alius est Aster lapis.

Ib. *περὶ γ.* lege *περὶ θορόντωνται*, peccatum est operatum.

Ibidem *βαλλῶν*. Verissimum est lingua Phrygia Ballen regem denotare, nam apud AEichylum in Persis hæc ita debent exponi ἢ βαλλῶν ἄρχαίος βαλλῶν, & apud Sophocleῖον *βαλλῶν*. Sextus Empiricus cap. 17. l. 1. contra mathem. οὐ πρὸς οὐκ ἐπιχειρῶν μεμαθησιν ὅσοι ἔσθ' ἡ Σοφοκλεῖ ποιμένεον βαλλῶν λέγοντες, ἢ βασιλεῖς λέγουσι φουρῆσι, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. Hesy. hius, *βαλλῶν*, βασιλεῖς Φρυγίσι. Sed quid ait auctor noster lingua indigenarum id est Phrygum vocari Ballen? an lap dem illum asterem? ita puto.

Ibid. *Ἐρμηνιστῶν*. Ter est laudatus hic auctor in hoc opere, Ismeno scilicet, Tigri, & hoc loco. Præterea eius meminere Antoninus Liberalis & Parthenius, sed eius res Phrygias non alibi reperi laudatas, apud Plutarchum quidem Parallelis res Libycæ cuiusdam Hegesianaæ adducuntur, sed nos putamus illic debere legi *πτοησιάνων*, aut *ἡρησιάνων*, aut *Ἐρμηνιστῶν*. Hegesiana Grammaticus nouissimus est, sapius enim de eo Athenæus. Stephani mutilator voce *Ἐρμηνιστῶν* monet eum librū vnum de Democriti dictione composuisse, & de poetis dictionibus scripsisse. Hermesianax iste Cyprius non ita notus est.

A D S C A M A N D R V M.

PA. 1155. Homerus Scamandrum vocavit Xanthum quod flauas oues redderet, testis Aristot. lib. 3. de hist. animal. cap. 12. Didymus ad Iiad. ε. vult Scamandrum ideo dictum fuisse Xanthum, quod Troadam mulierum comas flauas efficeret, Etymologus autem, quod Deæ de quarum Pulchritudine tulit iudiciū Paris, in eo comas suas quæ flauæ erant abluissent. Plin. c. 3. lib. 2. Aristot. sequitur, *ruffusque iuxta Ilium Xanthus, unde et nomen anni*. Ergo Xanthus idem ac *ruffus*. Vibius Sequester maualt *flauus*. Xanthus inquit Troia, Ilio proximus, ex Idamonia defluens, Symoenti iunctus in Propontidem funditur, hunc Scamandrum incolæ vocauerunt. Xanthus scribitur flauus latine dicitur.

Ib. *ἀφ' οὗ*. Sitequamur interpretationem Natalis à Comitibus. *μυστήρια πλούμια* legendum erit, vertit enim *cum* Rhea sacrificia celebrari repente conspexisset, sed si vulgarem lectionem retineamus quæ procul dubio non est torquenda, vertendum erit, *dum* peragerentur Rhea mysteria der repente conspexisset.

Ib. *Σκαμανδρ*. ab Scamandro scilicet Corybantis, & Demodices filio, qui correptus furore se in Xanthum fluium præcipitem dedit, vt hic fabulatur Plutar. Sed si audiamus veterem Homeri interpretem ad Iiad. φ. ob aliam plane causam Xanthus Scamander dictus est, ὅτι (inquit) ὁ ἡερακλῆς ποτι δὲ ψ4 κα το ρεθῆς ἡυξῶ τῷ πατρὶ Διὶ ἐπιδῆξαι αὐτῷ νῆμα. ἵδ' ἡμὶ θελῶν αὐτὸν ἀρῆχῶς οἰεῖται κερκευὸν ἀνέδωκε μικρῶν λιβάδων, ἢν θεασάμενος ἡερακλῆς ὠσάφας, ὡς εἰς τὸ πλουσίαι πρὸν μετεσπρέσθη, μετὰ νόμῳ Σκαμανδρῶν, οἰονεὶ Κόμανδρον γονόμορον, καμῆτα ἄκος ἐαυτῶ. Quam etiam etymologus tangit alia in medium producta, existimat enim Xanthum dictum fuisse Scamandrum ab Scamandro filio Teucris, qui Cretensis fuit.

Ibidem *Σίσσρος*. Si verum est herbam hanc ita fuisse vocatam quod habeat *σειομανῶν κόκκους*, id est grana aut acinos trementes, & se mouentes, nam quid sibi velit ille qui *acinos obseuros* vertit nescio, nihil dubii superest, quin hic legendum sit *Σείσρος*, quamuis apud Aristotelem in spurio illo fragmento toties à nobis laudato vulgaris lectio confirmari videatur. Ita enim illic legitur. *Ἐν δὲ τῷ Σκαμανδρῶ γίνεσθαι φασὶ βοτάνῳ Σίσσον καλουμένῳ, ὡς ἀπλοῖαν ἐρεβίνθῳ, κόκκους δ' ἔχειν σειομένους, ὃδον τῶν περὶ στρογγύλιαν ἔλαβε. Ταύτῳ πρὸς κατέχοντας, μήτε δαμόνοιον, μήτε φαντασίαν λῶπτατοῦ φοβῆσθαι.* Sed non male etiam hic legi debere *Σείσρος* coniecit Isaacus Casaub. qui Aristotelis editionem adornauit, vt ex breuibus, & eruditis notis quas margini addidit, animaduertimus.

Ibidem *Γάρδρον*. Non Ida sed eius cacumen aut fastigium Gargarus dictum fuit. Hesychius Grammaticorum princeps *Γάρδρον*, ἀκρωτήριον ὄρους Ἰδης. Strabo lib. 13. *Γάρδρον*, ἐν τῷ ἀνεμῶν τῆς Ἰδης, ita dictum quasi *κάρκαρον* id est caput capitis, vt somniant Grammatici. Vib. Sequester de montibus. *Gargarus in Phrygia Ida montis cacumen*, Macrobi. cap. 20. libr. 5. Saturnal. *Ex his liquido claret Gargara cacumen Ida montis appellari*. Consulendū Seruius ad prim. Georg. Lat. Poeta.

Ib. *Ἰδαί*. *Δακτυλ*. *Ἰδαί* dactyli ita dicti sunt, vel propter numerū quia quinq;, vel quia omnino Rheæ inferuiūt, & ministrant, manus enim digiti omnium rerum sunt artifices. auctor Pollux, vide Arnob. lib. 3.

Pagin. 1156. *Ἡερακλ. Σικυων*. Heraclitum Sicyonium de lapidibus scripsisse non legi. Democritum quidem idem argumentum tractasse constat mihi ex Pfellii bello nondum vulgato de potentia lapidum. *Τῶντων δ' ἡμὲν πρὸς τῶν λίθων δυνάμειν αἰτίας πολλοὶ ἐθάρησαν ἀποδύναμ, ἡμὲν δὲ ἀρχαιοτέρων σοφῶν Ἀναξάγρους & Ἐμπεδοκλῆς & Δημόκριτος.*

A D T A N A I M.

PA. 1156. *Ἀμαζόν*. Ab hoc solo auctore didici Tanaim prius dictū fuisse Amazonium, quæro adhuc alium qui id confirmet.

Ib. *ζωακ. γ**. In Araxe Mithram etiam mulieres odio prosequutum esse refert p. 52. l. 14. Sed Tanais hic continentissimus erat, Mithras vero spurcissimus, vt videbimus.

Ibidem *Τάναις*. à Tanai Berossi & Lyssippes filio dictum fuisse fluium Tanaim, qui antea dicebatur Amazonius, docet auctor noster. Sed Græci Magistri aliter sentiunt. Tanaim enim dictum autumant *δὲ τὸ πτωμένως ῥεῖν*. Vox Græca igitur est Tanais. Barbari incolæ *Silis* dixere. Eustath. ad Periegetem Dionys. *ἴσθον δ' ὅπ' ὁ ποταμὸς εἶσθ', δὲ τὸ πτωμένως ῥεῖν Τάναις; Ἐκλειστὴ καὶ λούμωτος, Σίλις αἰ φασὶ πνεῖ ὡς τὸ πρὸς τῶν παρικοσῶν βαρβαροῖς ὠνόμασαι, ὅτι δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ἐν βαρβαροῖς ῥεοντες ὄμωτος ἐξελλωίζονται τῇ κλισει δῆλον, ὡς Nilus, Thermodon, Araxes, Eridanus, & alii multi.*

Ibidem *χύλω*. Præcedens editio manifeste habet *τῷ ξύλω*, vnde Magnus Turneb. vertit, *incole lignū obliuunt*. Sed error est qui corrigi debet, legendum enim est *χύλω*, vt nos excudendum curauimus, aliter non *ἀλείφοντες* τῷ ξύλω dicendum esset, sed τὸ ξύλον.

Ibidem *Κησιφῶν*. Ctesiphontis libri de Plantis, & de Arboribus hoc opere laudantur in Inacho & Araxe; Plutarchus Parallelis auctor est eum etiam composuisse res Bæoticas, si tamen de hoc Ctesiphonte illa accipienda sint, *Κησιφῶν ἐν τρίτῳ Βοιωπαμῶν*, in narratione de Epaminonda Thebanorum duce, plura de hoc Ctesiphonte vide ad Araxem aut Inachum.

Ibid. *Αεσιβουλος*. Hunc etiam Aristobulum citare videtur Plutarchus Parallelis ἐν τρίτῳ Ἰαλικῶν, in narratione cuius initium est, *δὲ τὸς ἀεσιβουλος*, libros huius Aristobuli de lapidibus non meminime alibi laudatos inuenisse.

Ib. *βριξάβα*. Vox barbara est *Brixaba*, quam significare ait auctor noster Arietis frontē, *Κριθὸν μῦ ποπον*, ita vocatur mons quidam.

Ib. *φρυξος*. Potest etiam scribi *φριξος*, vt prior editio habuit. Sed si verum est quod me docuit vetus enarrator Comici ad *Nubes* Phrygiam ab hoc Phryxo nomen accepisse, vt Hellepontum ab Helle eius sorore, melius scribetur per *φρυξος*. Integram de Phryxo, & Helle Athamantis ex Nephelē Heroīna liberis fabulā repete ex veterē comici interprete ad Nubes, tædet enim hæc inculcare.

Ibid. *ὡς τ. ε' ὑξην*. Scholiastes Comici vult Phryxum Hellem sororem amisisse non *ὡς τ. π' ὑξην* πὸν Ἐ' ὑξηνον πόντον, sed dum πὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμῶν transirent ab Ariete portati.

Ibid. *αἰθρωπ. φων. χηνο*. eadem habet Scholiastes.

Ibid. *μάχελ κολχ*. Et ibi arietem cuius vellus à Diis aureum factum est, Mercurio aut Marti sacrificauit.

Ibid.

Ibi. ὄπριζαμιμυ. nouerca proprie sunt ὄπριζαμιμύναι, de eis enim dicitur ὄπριζαμίν, superducere. vt de cuius.
Ib. Αἰθίων. Laudat hunc Agathonem Samium, Plutar. Paral-
lelis, prater res Scythicas, composuerat & libros de fluminibus
quos citat noster Inacho.

AD THERMODONTEM.

PAG. 1157. κρύσταλλος. Thermodon Crystallus primo dictus fuit
eo quod aestate ipsa congeletur, ob quam etiam causam, vt o-
pinor Aeschylus Persis Strymonem κρυσταλοπήγα πόνον vocauit.
Στραπὶς (inquit) περὰ κρυσταλοπήγα διὰ πόνον, quæ de Strymone
intelligenda esse didici à vetere enarratore. Dionys. Afer de Ther-
modonte.

Κείνη δ' ἂν ποταμῶϊ παρὶ κρυμώδεας ὄχθας,
Τέμνιος Κρυστάλλος καὶ θαρὸν λίθον, οἷά τε πάριον
Χειμαεῖον.

Interpretes Apollonii volunt hunc fluiuium prius vocatum fuisse
Araxem, nescio qua freti auctoritate. ὁ αὐτὸς δ' εἶπεν inquit illi ad
2. Argonaut. Αἰθίης ἐκαλεῖτο τὸ παρὲρον ὀμονύμως τῆ ἐν τῆς Ἀρμενίας
ρέοντι.

Ib. ἕρπυ πησέλ. repetiit hæc Eustathius ad Periegetem, non dubi-
to quin ex hoc fonte biberit.

Ibidem ποταμοῦ, τ. id. prior editio τῶν ἰδίων διεξαγούσης habet, & in-
terpretes hanc lectione secuti sunt. Natalis Comes vertit, quod
loci ipsius regionis est proprium. Turnebus verò peculiari naturæ re-
gionis per quam delabitur. Sed hoc omnia frustra, nos enim veram
lectionem eruiamus quæ ita habet, τῶν ἰδίων διεξαγούσης. Eusta-
thius ad Perieget. eam seruauit, vtinam reliqua quæ in hoc flu-
uio desiderantur pari facilitate restitui possent. Κρυμώδεας (inquit)
δὲ τὰς τῶ Ὀρμώδωντος ὄχθας καλεῖ δέον, ὡς οἱ παλαιοὶ φασί, καὶ δέρουσ
σῆσαι, τῆς ποταμίας τῶ ποταμῶν ἰδίων διεξαγούσης, διὸ φασί, καὶ Κρύστα-
λλος ποτὶ Ὀρμώδωντος εἰσὶ ἐκλήθη.

AD NILVM.

DE Nilo dicturus, quamuis in re crepera afferam non vul-
garia, omittis quæ ab Herodoto, Arriano, Pausania, Stepha-
ni mutilatore, Procopio, & recentibus omnibus scriptoribus rela-
ta fuere, auctori meo tantum & quibusdam aliis, vt Hesychio, &
Suidæ lucem aliquam ferre conabor, ea enarrans quæ hæcenus
non inueni intellecta aut saltem à quoquam interpretata.

Pagina 1157. Μέλας. Verum hoc est auctore Thrasyllo in li-
bris rerum Aegyptiacarum, cuius etiam verba retulit Stobæus,
sed ex auctore nostro, licet eum non laudet, vt alia multa, sermo-
ne παρὲν ὄντων. &c. Vbi ita loquitur, Ἐν Νείλῳ ποταμῶ τῆς Αἰγύπτου πό-
ρον τὸ οὗτω καλεμένῳ Μέλας. Eustathius ad Periegetem. ἀλλὰ δὲ ὅτι
Μέλας παρὲρον καλούμενος, μακρὴν Νείλος, ἀπὸ τῆς Νείλου βασιλικῆς πε-
δῆς οὕτως εἰρησάντος ἑαυτὸν. Hinc exaudienda illa Hesychii. Μέλας μέλα-
νος, βαθεὺς ἢ ποταμὸς, id est vox μέλας quæ in genitiuo habet μέλανος, pro-
fundum significat, aut fluiuium, scilicet Nilum, prius enim vt di-
ximus Nilus Melas dictus fuit, profundum vero, quia quod pro-
fundum, nigrum est, vnde mentes αἰὲν ἀπὸ ἀδελφῶν καίμαται, vocantur μέ-
λαιναί, quasi altæ, profundæ. Quamuis Hesychii verba alio posse
trahi non dubitem, nam Melas fluiuius etiam Bæotia est. Pausa-
nias Bæoticis. Ἐν ταῦτα τῶ ποταμῶ Μέλακος εἰσιν αἰ πηγά, καὶ ὁ Μέλας
ἐς λίμνῳ, καὶ εἰσὶ τῶ κηφισίδαι ἐκδίδωσιν. Cæterum Melanem di-
ctum fuisse Nilum à Melane Neptuni filio, non Possidonis, vt
quidam commentator libror. Procop. de ædif. Iustin. existima-
uit, testatur etiam idem Pausanias, qui nominatim Melanem, &
Angelum Neptuni filios facit. Huic denominationi valde con-
uenit Latinorum vocabulum Melo. Nilum enim Romani Me-
lonem vocarunt non Nilum, quæ vox Græca est, vt mox explica-
turi sumus.

Ibid. Αἰγύπτιος. Qui prius dicebatur Melas, dictus postea fuit
Ægyptus, & tandem Nilus. Multifariam igitur Græci denomi-
nauere hunc fluiuium. De prima denominatione auctum iam à no-
bis est, de secunda agamus, & simul doceamus, cur Αἰγύπτιος di-
ctus fuerit Nilus. Auctor noster ex Thrasyllo Aegyptiacis, putat
Aegyptum fuisse dictum ab Aegypto, Vulcani & Leucippes filio,
Aegypti rege, qui in eum se coniecit, sed hæc commenta sunt fa-
bulatorum. Homerus & eius commentator verbolus Αἰγύπτιος

semper vocant Nilum. Hic ad Odyf. β. pagina 1499. edit. Rom.
quosdam veterum censuisse refert, Nilum Ægyptum dictum fuisse
vt & regionem Aegyptum, ex eo quod captas pinguet faciant
aut saginent. καὶ ὅτι τὸν εἰρημῶνα ἀγύπτιος, καὶ αὐτῶν δὲ ἀγύπτιος ἀγύπτιος
τὸ ἀγύπτιος παλαιοὶ ἐπινοήσαντες ἢ ὅτι ἔντι παλαιῶν. Alia quoque ἢ ὄσονται
affetti etymologia, sed omnes rancidam antiquitatem redolent.
veram attingamus, Hebræi primi omnium Nilum Ἰθίψω Schior
vocauerunt, vt est Ierem. cap. secund. vers. 18. & multis aliis
factarum pagin. locis, id est nigrum, aut turbidum, illic enim
Diu. Hieronymus turbidam interpretatur Ἰθίψω vulgaris
autem & communis editio Gebon, habet ab alio nomine He-
bræico Ἰθίψω quod legitur Gen. l. sec. 13. Quia vero Nili
aquæ nigra & turbida sunt, ideo Hebræi eum nigrum, appella-
runt, & post eos Græci vocabulo Ἰθίψω ἀγύπτιος, desin. nigrum,
nam ἀγύπτιος est μέλας. Fallitur itaque magnus Scaliger cum
in castigat. suis ad S. Pomp. Festam voce Ægyptinos, docet nos
Ægyptios Nilum Schior vocasse, & post eos Palaegos Αἰγύπτιος.
nam sine dubio Αἰγύπτιος voluit dicere, vt est apud Homerum &
omnes classicos auctores. & pro Hebræis Ægyptios posuit, qui
Nilum non Schior vocauerunt, sed Nodis, vt probabo apertissime.

Attendant quæso eruditus lector Ægyptii Nilum dixere Nodis. Oritur
Apollo Hieroglyph. lib. 1. cap. de Nili anabasi. Νείλου δὲ αἰ ἀέσων
σημαίνοντες, ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιος Νόδι, ἐρμηνεύθη δὲ σημαίνει νότος. Vnde
de soleo ego explicare difficilimum locum apud Hesychiū, qui ita
debet corrigi. Νότις, φωνή, ποταμὸς, καὶ ἡ νότος: id est vox Νότις,
animam significat, aliquando, vt & fluiuium, & vnitatem. Qua-
re fluiuium? quia Ægyptiæ Nilus Νότις dictus fuit. Elegans
profecto interpretatio, nec vulgaris aut pedagogica. Scio ab
Eustathio in Odyf. α. pagin. 1392. edit. Romæ, de flumine
quodam quod vocatum fuit Νότις, hæc refert. Γραμματικῶν γὰρ φη-
σὶν ὅτι Κέσκος λίμνη ποτῶ, ὃ παρὲν ἔσται ποταμὸς Νότις καλούμενος, quæ à
me apud Pausaniam non fuere inuenta: incidi enim tantum in
locum Arcadicorum, qui ita concipitur. ὅτι δὲ αὐτῶ Νότις, καὶ Αἰγύ-
πτιος, καὶ Κελάδος πη καὶ Νάφισος. De Nu flumine hic quidem men-
tio, sed ipsum prope Cæcum paludem labi non innuunt illa ver-
ba. Scio inquam de hoc Nu flumine posse intelligi Hesychii
verba, sed aridet magis alia interpretatio de Nilo, quia remotior,
& minus accomodata imperitorum menti. Miror autem quo-
modo voci Hebrææ Schior, Ægyptii tam dissimilem qualis est
Nus, formauerint, nam Æthiopes propius accedunt, ni fallor, Ni-
lum si quidem dixere Σίρην. Vox hæc Æthiopica est, descendens à
voce Hebræa Schior. Periegetes de Nilo.

Σίρην ἢ Αἰθιοπῶν κυκλήσεται. Eustath. ad hæc. Τὸ δὲ Σίρην,
οἱ μὲν, βαρβαρῶν φασὶν εἶναι ὄνομα, ἢ τῆς Αἰθιοπῶν κατὰ τὸν Διονύσιον,
hoc est periegetem. Hinc exaudienda illa Suidæ, quæ meo iu-
dicio facilia non sunt, Σίρην, ὄνομα ποταμοῦ, Nili scilicet qui Æthio-
pice sic dictus est, itaque interpretari debes illa Hermolai Byzan-
tini voce Σίρην. πόλις Ἰταλίας πλησίον τῶ μέγαποντιου, καὶ ποταμὸς, id
est Nilus ab Æthiopiis sic dictus. Quare per me non stat quin
apud Vitruuium libr. 8. cap. 2. quo loco est Dyris, legas &
corrigas Siris, nam Dyris, vt testantur Strabo lib. vltimo, Plin. lib.
5. cap. pri. Solinus 37. mons est sic dictus à Barbaris, cum alias a
Græcis Atlas vocaretur.

Ibidem ἐμφυλ. πόλεμος. Aliud est bellum ciuile, aliud intestinum,
hoc a Græcis dicitur πόλεμος μεταξύ συγγενῶν, illud πόλεμος ἐμφύλιος.
Glossæ bellum ciuile, πόλεμος ἐμφύλιος, eadem bellum intestinum,
πόλεμος μεταξύ συγγενῶν.

Ibid. τῶ λυπε. πορ. καίρ. Solebant veteres tum cum maxime
dolore premebantur. si aduentaret nouus aliquis hospes & pere-
grinus, læto eum excipere vultu, & dolores ac tristitias omnes in
aliquod tempus differre, de quo more quia multi multa, addemus
nos tantum illuc alluisse auctorem nostrum, cum hic dixit λυ-
πῶν πορὸς καίρῳ ἢ ὄρῳ. Eurpides Alceste.

ὁ παρὲν ἔσται ποταμὸς
Κλύδον σαζαμῶν δὲ λυπεῖσθαι ἔξουσι.

Porro & illud obseruandum maxime ἢ παρὲν ἔσται de luctu & mæ-
lore dici, metaphora sumpta a iudiciis, in quibus cum ampliatio-
nes & dilationes fiebant, ἢ παρὲν ἔσται dicebatur. quod in leg.
1. tabul. est diffindere, idem est ἢ παρὲν ἔσται apud Græcos, id est
ampliare & differre. Vnde postea de qualibet re usurpatum fuit,
vt, ἢ παρὲν ἔσται λυπῶν, differre, & si liceat ita loqui, diffindere lu-
ctum, & non lugere quamdiu noui hospites adlunt, sed postquā
abiere iterum lugere.

Ibid. τῆς εὐσθ. In Tigri pag. 86. l. 1. dixit ὅς ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῆς θοῦς
τῆς ἀμοιβῆς ἐπιχερῆται. Latini eleganter dicunt pro pretate sua, id-
que ex veterum iuramentis iactatione. Catullus.

O dii reddite mi hoc proprietate mea.
Virgilius Ciri.

Illi proprietate sua, nam saepe tepenti
Sanguine Taurorum, supplex resperferat aras
Saepe Deum largo decorarat munere sedes,
Reddidit optatam mutato corpore vitam.

Ita hic filius Garmathonæ Aegypti reginæ filium Chrysochoam ex infernalibus locis restituit proprietate sua, ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς ἐυσθείας, ut loquitur auctor noster, quod idem est.

Ibidem ἐν τῷ κλάσθ. ππ. Osiridis ergo hæc fuit potestas, ut mortuos ex Auerni faucibus diis reuocare potuerit in auras, quod valde singulare est & notatione dignum. Plutarchi in lib. de Iside & Osiride verba apposite à nobis huc afferentur. huius enim Plutarchi mentem valde perspicuam & claram reddunt. Itaque de Osiride. Καὶ τὸ ὅπερ οἱ νεώτεροι ἀφοσιούμενοι καὶ παρεκλυπτόμενοι μετ' ἐυλαθείας, ἰσοδουλοῦσιν ὡς ὁ θεὸς οὗτος ἀρχὴ καὶ βασιλεύει τῶν πεδνικῶν, οὐχ ἕτερος ὢν τῷ καλουμένου παρ' Ἑλλήσιν ἄδου καὶ Πλούτωνος, ἀγροόμενον ὅπως ἀληθὲς εἶναι, δεῖξαι ἐστὶν τοῖς πολλοῖς ἰσχυροῦντας ἐν γῇ καὶ ἰσοδουλοῦντας τῶν ἰερῶν καὶ ὁσίων, ὡς ἀληθῆς Ὁσίαν οἰκῆν ὅπου τὰ σάματα κρύπτεται τῷ πέλοσ ἐχθρῶν δοκούντων.

Ibidem συμπεριφέρω. Vocis συμπεριφέρω energia iamdiu à magno Casaubono explicata est erudite & subtiliter cap. 26. l. 4. & cap. 1. lib. 7. animaduers. in Athen. & in Sueton. Sicut autem apud Græcos συμπεριφέρω à corpore ad animum traducitur, ita ambulare apud Latinos quod proprie de corpore, transfertur ad animum, maxime apud Iuriconsultos, apud quos emptiones, stipulationes, actiones, voluntates, possessiones, conditiones ambulare dicuntur.

Ibidem ὄν ἐνιοὶ καλ. φεβ. Hæc videntur Glossematica, sed tamen non ab alio sunt quam ab auctore. Cerberum autem à quibusdam dictum fuisse Phoberum non est inauditum. Libanius περὶ σφραγίδος ad Iulianum, eum ἀμόκων vocat, ὡς περὶ ἡρακλῆς (inquit) ὅτι τὸν ἀμόκων κύναι, ad quæ Scholion, ξένος τῆς φύσεως, πρὸς μὲν κατὰ βίαν ὄντας εἰς τὸν ἄδην ἔστανε καὶ ὀκλακνε, τοῖς δὲ αἰώντως ἔδρανε, καὶ οὐκ εἶα ἀνελθεῖν. Ideoque hic ait auctor noster allatrasse Cerberum, quod Chrysochoam Osiris Garmathones filium ab inferno liberaret. Virgilio Cerberus dicitur ingens, immanis, quod idem est ac ἀλόκοπος, φοβερός.

Ibidem Νείλος ματων. Hæc est vltima denominatio, qua insignitus fuit hic fluvius. vnde autem sic dictus fuerit controuersum est. Alii enim vt auctor noster, à Nilo Garmathones Aegypti reginæ marito, qui se in illum coniecit Nilum dictum fuisse volunt, Alii à Cyclopi filio Nilo Aegypti rege, cuius Tantalus fuit paternus auus, vt Hecataeus, Alii à Nileo Aegypti rege, vt Diodor. Sicul. Alii à Nylo quodam regio filio, qui in eum se dedit præcipitem, alii à Nilasio quodam, quos omnes redarguit Arrianus. Græci Magistri τῶν πρὸ νέας ἰλῶ ἀγρῶν id est à nouum limum aut facem ferendo. Recte Seruius ad 9. AEneid. νέαν illud nouū interpretatur, nam vox Aegyptiaca νός significat etiam νέον, teste Orapolline siue Philippo, cuius esse quæ circumferuntur Græca existimantur, Aegyptiæ namque Orapollo scripserat. Non probo Græcos qui νέαν explicarunt per ἐναιουσίαν, & alias vocis Νείλος tradidere originationes, tum apud Eustath. in Perieget. tum apud auctorem Etymol. Nilus igitur vltimo dictus est hic fluvius à Græcis. Primo Oceanus (barbare Oceanes) postea αἰετός id est aquila, deinde Melas, tum Aegyptus, tum Triton, & tandem Nilus, quæ omnes denominationes Græcæ fuere teste Diodor. Siculo libr. 7. Bibliothec. Barbaræ a nobis supra sunt allatæ, Latinam nunc damus vnicam Melo. Romani Nilum vocauerunt Melonem teste Ennio, vt docent Seruius & Festus. Aufonius Melonis albam paginam dixit, id est Nili.

Ibidem Κυάμω. παρ. Audi Stobæum sermone περὶ νόσος &c. Similia omnino ex eiusdem Thrasylli rebus Aegyptiacis recitantē. Εἰν Νείλῳ ποταμῷ (inquit) τῆς Αἰγύπτου, περὶ δὸν ἔτρω καλεσμένω Μέλας, γίνετ' ἰλίθως κυάμω παρόμοιο, ὃν αἱ κύνες ἰδῶσιν ὅχ ὑλακτῶσι. ποιεῖ δ' ἄεστα πρὸς πρὸς δαίμονιζομένους, ἀμα γὰρ περὶ εὐθεθῆναι αὐτὸν τῆς ρίσιν, ἐξέρχεται τὸ δαίμονιον. Hæc si videantur sublesta fidei, addo Aristotelis auctoritatem, quam eruo ex fragmento illo spurio quod adiunctum est vulgo libello de Mirabilibus. Εἰν τῷ Νείλῳ ποταμῷ ἡσπῆσθαι λίθον φασὶ κυάμω παρόμοιο, ὃν αἱ κύνες ἰδῶσιν, ὅχ ὑλακτῶσι. συνπλεῖ δ' ἑστὶς δαίμονιον πρὸς γονομένους κατὰ γῆρας. ἀμα γὰρ τῷ περὶ εὐθεθῆναι τῆς ρίσιν, ἀπέρχεται τὸ δαίμονιον. Adiuungo & Eustathium in Dionys. de situ orbis auctoritatem, ὅτι inquit ille pa. 4. edit. H. Steph. λίθος ἐν τῷ Νείλῳ γενῶται κυάμω παρόμοιος, ὃν αἱ κύνες ἰδῶσιν ὅχ ὑλακτῶσι.

Ibid. τῆς ρίσιν. Vertit Natalis Comes quoniam si manibus eorum apponantur. Legit ergo χρῶσιν, νόσ ρίσιν, cuius libri auctoritate

re cio, Melius est si dicas naribus, quam manibus, quia omnes auctores a nobis laudati ρίσιν habent.

Ib. κόμωτες. a re nomen habent lapides illi, Ibidem κατὰ τὴν ἀσέβειαν. Dicit non potest quam longe aberrauerit a vero hoc in loco Natalis Comes. Nam quid illa, ἐν Νίλῳ honorum colligentes, ad hæc Græca κατὰ τὴν ἀσέβειαν τῷ Νείλου συλλέγουσιν? Indubie ἐνσέβειαν debuit legere, sed male, ἀσέβειαν enim optime hic est, & hoc sibi voluit Plutarchus, lapides illos quo tempore inundat Nilus hirundines colligere solitas. Magnus Turnebus contra impetum Nili vertit, quod pace tanti viri dictum sit, si hoc ita procederet, legendum esset κατὰ τῆς ἀσέβειας, atqui manifeste κατὰ τὴν ἀσέβειαν excusum est. Nos etiam non satis bene vertimus aduersus Nili allusionem. Præstantissimus, & præcellentis ingenii vir Gilbertus Gaulminus vellet κατὰ τὴν ἀσέβειαν, erudite sane & acute, probabilius siquidem est hirundines lapides illos Colletes colligere solitas, quo tempore non abundat aquis Nilus, quam cum inundat. Verum sustineri etiam potest vulgaris lectio κατὰ τὴν ἀσέβειαν, quia non ipso temporis puncto quo Nilus inundat, sed paulo ante vel post inundationem lapides illos, qui sine dubio in limo quem peperit inundatio reperiuntur, hirundines colligere verisimile est. Potest etiam κατὰ mutari in κατὰ, sed mihi vtraque lectio proba.

Ib. χελιδόν. πρ. Thrasyllus in libris quos fecerat de rebus Aegyptiacis, si fides adhibenda est auctori nostro, docuerat murum illum siue aggerem quem struere solent hirundines aduersus Nili cataclysmum Chelidonium ab eis vocatum fuisse. De nomine non mihi constat, de re certus sum qui Plinium auctorem habeam l. 1. c. 33. ἐν Αἰγύπτῳ Ηρακλειοτικοῦ ὄστῳ (inquit) molem continuatione nidorum euaganti Νίλῳ inextinguibilem opponunt σταδῖον fere vnius spatium, quod humano opere perfici non possit: in eadem Αἰγύπτῳ ἐν τῷ ὄπιδιμῳ Capton ἐν ἰσθμῷ Ἰσίδας, quam ne laceret amnis idem munimentum opere incipientibus vernis diebus, palea & stramento rostrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus, tanto labore, vt multas in opere emori constet. Post eum Apuleius in metamorph. 2. Adepta Coptica dixit, nec torquenda illa lectio, aut in adyta aut adypta chomata mutanda, nam adepta illic sunt connexa & colligata, vnde non male κλωπῆ, illos lapides vocauit auctor noster, quibus adepta illa conficere solitas hirundines constat. cur autem Coptica patet ex præcedenti Phni loco.

Ib. Θεάσματος. Thrasyllus hic vt opinor Mendesium ille est cuius libri περὶ λίσων & Tragica Strymone laudantur.

Ibidem Σπανίαν. Regio illa quæ hodie Hispania vocatur, prius Iberia fuit dicta, deinde post Bacchi præclare gesta, & Indos debellatos, ac Iberiam imperio subiectâ a Pane quem vicarium & πομπητήριον suum illic Bacchus reliquit, Pania, Tandem a posteris τῶν ἀρχαίων Spania. De attributione vocabuli Ιβηρία, & de antiquorum super hæc voce dissentione plura videre est apud Strabonem libro tertio, Polybium & alios. Ceterum antiquitus Hispaniam denominatam fuisse Spaniam verissimum est, vel exactis Apostol. Diui Lucæ, & Diui Pauli Epistol. ad Roman. cap. 15. & aliis multis auctoribus non spernendæ fidei qua Latinis qua Græcis. Pænius Eutropii perpetuus deprauator de Adriano. Ιβαλικὸς μὲν γένους περὶ δέντρα μὲν ἐν Σπανίᾳ. Glossæ Græcolat. elegantissime Σπᾶνη Ibera, Σπανία Hispania. Vetus Enarrator Luuenalis non vno loco Spaniam dicit. de denominatione Pania quæ a Pane, nihil legi.

Ib. Σωθένος. Est & hic Sosthenes in Eurota laudatus. Cnidius fuit & res Ibericas scripsit.

AD EVROTAM.

Pagina 1158. Græcos olim fere omnes actiones suas ad Lunam dirigere solitos vulgare est omnibus doctis. Hoc testantur monumenta qua veterum qua recentiorum. vnde Comicus in Acharnensib. ironice in morem illum exclamat.

Πόσος ἔτ' ἄστρον πρὸν χεῖρας ζυμῆρατος
Τῆ παρὰ σελήνην κατ' ἀπὸ τῆς οὐραδός.

Lacedæmonios autem huius præcipue moris religiosos obseruatores fuisse comperio. auctor enarrator antiquus qui ad verba Comici refert Datidem & Antiphernem Regis Persarum duces Marathonem missos plenilunium spectasse, vt postea pugnarent, & ab Atheniensibus victoriam fuisse reportatam priusquam illi venissent, eumque morem ab Aristophane irrideri. Certe Lacones religioni duxere aliquid incipere aut plenilunium aut nouilunium

nium, unde vulgari veriloquio factum est, ut Λακωνικὴ σελήνη
dicatur fuerint. Arcades è contra quia ante plenilunium & noui-
lunium vt plurimum bella aut alia negotia sua seria aggrediebantur,
nec huic superstitioni dediti erant, περὶ ἑλλήνων δὲ ἰσχυρὰ πρὸς
biali conuicio, quam conuicii causam ipsi Arcades iucunda in-
terpretatione eludere, & probum in laudem conuersum fuit. nā
antiquiorem illo fidere gentem suam esse postea gloriati sunt, &
ad originis suae verustatem subsannationem illam retulerunt. Va-
ria apud Enarrat. Comici ad vocem βεκακωμένη de hac re narra-
tur sententiæ. ad illud.

Ibidem Θεραυδέϊκος. Facta est huius lapidis denominatio ad
irrisionem Eurotæ, qui adeo temerarius fuerat, vt ante pleni-
lunium contra Athenienses pugnare ausus sit. Sicut igitur flo-
rem Leucoion supra relatum est pronunciato moueræ nomine
statim marcescere, ita hic docetur lapidem Thrasyleilum Galeæ
similem pronunciato Atheniensium vocabulo in profundum flu-
minis Eurotæ mergi, licet audita tuba ante ad ripâ magna cum au-
dacia profilierit.

Ib. χαλκιοίκε. De Chalcicæo Minerua Comicus in fine Lysistratæ.
Καὶ Χαλκιοίκοι Ἀσάναι.
E: paulo post.

Καὶ πᾶν σιὰ δ' αὐτῶν κρατῖσται
Χαλκιοίκοι ὕμνη
Τὰ παμμάχων.

Chalcidicam eandem dixere. Vide animadu. Iosephi Scaligeri
in Chronolog. Euseb. pag. 186. ad hæc verba Hieronymi *Μινερ-
ια Χαλκιδικα* anno MM c v. Vbi de hac Minerua & eius templo
Chalcidico multa.

Ibidem Νικάνωρ. Hic est Nicanor Samius cuius hic adducuntur
libri de fluminibus: Alius est Nicanor Alexandreus Grammati-
cus qui tempore Hadriani imperatoris vixit, vt testantur Her-
molaus Byzantius voce Ἀθλίς, & Suidas. Alius est etiam Nica-
nor Cyprius de quo Arnobius lib. 4. vbi pro *Nicanore Cyprio*, a-
liquando legitur *Nicagora Cyprio*.

Ibidem Ταύγετον. Vibius Sequester de montibus habet Tayge-
ta Laconices. Oprime autem hic auctor Eurotam fluum Tay-
getum montem, Mineruam Chalcicam coniunxit. nam de tri-
bus his etiam simul mentio fit in fine Lysistratæ Aristophanis. Ap-
ud Aristotelem in fragmento illo spurio corrupte legitur ἩΨέ-
τω πρὸ Ταύγετω. Verba nos paulo post vt à nobis redintegrata sunt
recitabimus.

Ibidem χειρίσιον. Aristoteles habet χειρίσιον in fragmento
illo spurio. Ἐνὸρμι πρὸ Ταύγετω (ita legimus non ἩΨέτω) γίνεσθαι
βοτάνην καλομένην χειρίσιον, ἣν γινώσκουσιν ἕκαστος ἀρχομένου (non vt ma-
le hodie est ἔραβος) ὅτι τετραχύλοισι πελάγιστοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμ-
παθέστερον ἐράνται.

Ib. Κλεάνθης. De hoc Cleanthe supra egimus.

Ib. τὴν Ἰσσοθες. In Arari idem dixit de Timagene Syro, cum
nimirum librorum suorum argumentum sumplisset à Calisthene
Sybarita, vt hic Hermogenem à Sosthene Cnidio.

A D I N A C H V M.

Pagina 1158. Κίουσα. Stobæus sermone 98. περὶ νόσου καὶ
ἔργου κατ' αὐτῶν ἀνίσταται λίστα, ex Agathone Samio hæc habet. Ἰνα-
χος ποταμὸς δὲ τῆς Ἀργείας χλωρῆς, γινώσκται δ' ὡς ἀπὸ βοτάνης κύνεα καλου-
μένη πηχῶν παρόμοιος, ἣν αἱ γυναῖκες ὅταν ἀκινδύνως ἀκτρώσασθαι θέλωσιν, ὡς ὁ
να βεβρεχμένῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμῶσιν.

Ibid. ὀμφαλοῖς. Stobæus habet ὀφθαλμοῖς, sed melius est vt
legatur ὀμφαλοῖς, loquimur enim hic de partu abortiuo. quid aut
oculi ad partum?

Ib. προσμυμναίαι. Profymnam vulgo vocant hanc lunonem, Pro-
fymnæa debet appellari à Profymne ciuitate Argiuorum. Papin.
Stat. Thebaid. lib. 4. — *huic celsa Profymne*. Strabo etiam ab
hac ciuitate nomen sumplisset lunonem Profymnæam docet, vi-
de Pansianam Corinthiacis, & consule Lil. Gregor. Gyrard. Syn-
tag. 3. histor. Deorum.

Ib. Τιμόθ. De hoc Timotheo supra egimus ad Hebrum. vide &
quæ de Timotheo Milesio Hermolaus Byzantius in *Μίλητος* re-
fert.

Pag. 1159. Αγαθόκλ. alter est Agathocles Samius de quo ad Μαά-
δρον quædam à nobis dicta fuere.

Ibidem Απαίστατος. Papinius Stadius hunc montem Aphesanta
vocat 3. Thebaid.

*Mons erat audaci seductus in athera dorso
Nomine Lernei memorant Aphesanta coloni
Gentibus Argolicis olim sacer.*

Placidus Lactanius eius verus interpres ad illa, *Mons est Tarso
Sicilia, unde se Perseus miserat ad volandum cum ad exunguendum
Gorgonem Libyam peteret, ὅπῃ τὸ ἀξίον Aphesanta nomen accepit.*
Si eum cum auctore nostro Apasantum dicas, aliunde sortitus erit
denominationem, nam ab Apasanto pastore ita vocatum fuisse
nominatum hic docet Demodocus.

Ibidem Δημόδοκος. Scripserant multi περὶ Ἡρακλείου præter
Demodocum. Herodorus ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλείου, & Nymphis ἐν
τῷ περὶ Ἡρακλείου ab enarratoribus Apollonii Rhodii multo-
ties laudantur. Pindari Scholiastes ad od. 3. Pyth. Panyasum ci-
tat ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείου, quod opus versibus constabat, fragmen-
tum ex illo tibi habe.

Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἐν κάλπιο προφῶν ἴσχε ποσὶ θυάτης.

Ibid. Κτισίας. Hic est Ctesias Ephesius, cuius *Perseis* & libri de
fluminibus in hoc opere celebrantur, alter est Cnæus qui de mō-
tibus scripserat, vt patet ex Caico.

Ibid. χυρῆμος. Poloponnesiaca etiam huius Chrysermi lau-
dat Plutarchus Parallels.

Ibid. πρῶτος εἶσομ. P. pin. Statius 3. Thebaid. h's versibus ex-
pressit eleganter.

— *In de ferabant*

*Nubila suspensæ celerem temerasse volatu
Persea.*

Ibidem Γοργοφόρος. Alii volunt Γοργοφόρος & hunc volunt
esse Persea.

Ibidem πόλις ἔκπασα. Quis hanc urbem ædificauit? Gorgo-
phonus ille Epidauriorum Rex. ita videtur opinari auctor no-
ster, quod verum quidem erit si de Perseo hæc intelligantur, ali-
ter subsistere non possunt. En tibi Pausaniam ex cuius Corin-
thiacis integram de Mycenarum ædificatione historiam discēs.
exscribo ego tantum hæc pauca Γεργὸς δὲ ὡς ἀνίσταται ἐς Ἀργεῖος
(ἠγάρ τε πρὸ τῆς πόλεως τῆς πόλεως) Μεγαπύθη τὸν Προίπυ πείθει οἱ πλεὺς ἀρχαῖοι αἰ-
τιοῦσθαι. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως, Μικηνὰς κηρῆς. τῆς ἕξιθου ἐπὶ οὐρανῶν
ἐξέπτεσθαι ὁ μὲν αὐτῶν, καὶ τὸ σημεῖον εἰς οὐρανὸν ὁμοίως συμβῆναι πλεῖστον. ἡ-
κούσθαι δὲ καὶ ὡς δι' ἑσθῆν ἐπὶ ἡλίου ἀνέλασθαι οἱ μὲν κηρῆς ἐκ τῆς γῆς. ῥύσασθαι δὲ ὑδάτος
πάνθ ὁμοῖως, Μικηνὰς ἔσθαι τὸ ἄνομα χρωαῖα.

Ib. τὴν χροακὸν. Male erat ante *κροακὸς*, nos *κροακὸς* restituumus,
de Coracino colore supra quædam attulimus.

Ibid. τὸ ἦ ἔρος Ἀπαις. Videntur ista à præcedenti de Apasanto
monte narratione male auulta & truncata huc irrepsisse, nam cur
de Apasanto monte iam repetit quæ superius dū de eo agebat nar-
rare debuisset, vt vt sit manca hic oratio est, verba auctoris non
sunt sana. Legendum sine dubio. Τὸ δὲ ἔρος Ἀπαισῶντος δὲ Ἀπαι-
σῶντος τῆς Ἀκροῖας.

Ibid. ἀρροα. Ineptè excusum est in priori editione ἀρρον. Nos
maluimus ἀρροα. Turneb. ἀρρον legisse videtur, vertit enim, *Mar-
tem progeniuit*.

Ibid. ἀλοχὸς ζῶων. Muta animalia voluimus esse ἀλοχῶδες, vt su-
pra ad Hydaspem. Quintilianus lib. 1. cap. 10. ita locutus est, *Et
muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi saporem
vario florum ac succorum genere perficiunt*. Ita post eū locutus est
Macrob. Saturnal 7. cap. 5. Interpret sapientia. *Inmisisti illis mul-
titudinem mutorum animalium in vindictam*.

Ibidem Κτισίωβ. De hoc Ctesiphonte paulo post ad Araxem
agemus.

Ibidem πλοσίμαχος. Non mutauimus hanc lectionem, quæ ta-
men stare non potest si Suidam, veteres Apollonii enarratores &
Pindari Scholia audimus. Illi omnes auctores non Plesimachi
Nόσου, laudant sed Lysima: hi, non Plesimachum sed Lysima-
chum. Alexan. drinus fuit hic Lysimachus, vt docent interpretes
Apollonii Rhodii. Sont & alii qui Nόσου composuerant, vt Ste-
sichorus, vt patet ex Phalaridis epistola ad ipsum: & quidam au-
ctor incertus, vt docet Apollodorus B blioth. lib. 2. ὁ δὲ Νόσος
γελῶντος inquit. scripserat & Νόσος Anticles, vt testantur Athe-
næus, Clemens Alexandrinus, & Suidas qui nominatim vult
argumentum illorum Nostrotum fuisse reditum in patriam, vel si-
milem historiam. vide cap. 14. lib. 4. animadu. Ilaaci Casau-
boni in Athenæum.

AD ALPHEVM.

Pagina 116. πίνων Ολυμ. Iuxta Pisam Olympiæ fluere fluium Alpheum ait Plutarchus, quem Stephani Epitomator voce Ασφα ex Asea Arcadiæ oppido originem sumere asseuerat, & ex ea vocatum Aseatem. Videndum autem vtrum hic pro Ολυμπίας legi debeat Ολύμπου, Eustathius ad Periegetem mallet Ολύμπου, quia Pisam vult esse fontem inter Olfem, & Olympum montes Peloponnesiacos cognomines Macedonicis & Theffalicis, de quibus Homerus. Stephani mutilator Ολυμπίας, quia Pisam ait esse ciuitatem aut fontem Olympiæ, aut locum in quo Iouis templum visitur, & Olympicus agon celebratur.

Ibid. Α'λφειος. Aliter censet omnino Eustathius in commentariis ad Dionys. Afrum. Contendit enim Alpheum fluium ita dictum fuisse a quadam aqua qua leprofos sanat. ὕδωρ δὲ φασί (inquit) πρὸς τὸν Ἀλφειὸν εἶναι, ὅπου ἄλφους ἰατρῶν. ὕδωρ γὰρ καὶ ὁ ποταμὸς ἐκλήθη πλεοῦστα τῶν εἰς διαφόρους, ὡς ἐπὶ τῷ Ἀλφειῷ, & τῷ Ὀμίῳ.

Ibidem τῆς μαρίας. De Cenchræ lapide illo quem auctor noster in Alpheo reperit ait, nunquam similia me legisse venit in mentem. de ipsismet Alpei fluminis aquis hæc in præfens succurrunt. ἀρχαῖον δὲ ἐστὶ τὸ ποιεῖν τὸν ὕδωρ καὶ εἰς λευκὰς καὶ λευκίνας, Μελαμποδοῦ, χησομάνου, φασὶ ἕδωκεν πρὸς ὕδαρ ἐκαστὸν ἑστὶ τῷ Πρῶτῳ θυγατρίων, ὅταν ἐμείνησαν. Eustathius auctor est in Commentariis ad Dionys. de situ orbis.

Ib. Γρανθόμαχ. In Phrafi supra eidem pene vsus est vocibus. Ib. Κτύρον. Non est igitur verum quod nos docet Pindarus od. 10. Olymp. Cronium hunc collem siue Saturni petram antequam hos nomen ei impositum fuisset, nullum nomen habuisse.

Καὶ πάλιν
Κρόνῳ προσεφθέγγετο, πρὸς αὐτὸν γάρ
Ναῦμοι, ἅς Οἰνόμαος ἄρχε
Βρεχέθ' πολλὰ νιφάδι.

Nec quod Scholia confirmant, cum aiunt ἐπινοήμαστέ τὸ πῶν τὸν πό- πον πάλιν Κρόνῳ. πρὸς πρῶτον γάρ φησιν οὐδέ μιν εἶχεν προσσηροῖαν, ἕως ἔβασίλευσεν ὁ Οἰνόμαος, ἀλλὰ κρημνὸς οὗτος καὶ ἀοικητὸς ἐξέκειτο τοῖς πολλοῖς ὕδασι καὶ ὄμβροισι. Hæc omnia inquam falsa, si Cronius ille mons de quo agimus, ex opinione Plutarchi Cirus prius vocatus fuerit, consule Lycophronis enarratorem ad illa Cassandra.

Κρόνῳ παρ' αὐτῶν ὄχθον ἐνθα γηγενὸς
Ἴππων βαρκατῆς θένι ἰοχέου πάφος.

Ibidem κρόνιον. Vocatur hic mons a Dionys. Halicarnasseo lib. 1. κρόνιος λόφος, a Pindaro od. 10. Olymp. πάλιν Κρόνου, à Ptolomeo epigrammatario lib. 1. Anthol. cap. 46. epig. 6. ἔχθος κρόνου, a Lycophrone similiter κρόνου ἔχθος. Dionys. Halicarnas. verba valde faciunt ad rem. κρόνιος (inquit) λόφος θένι ἐν τῇ Γί(κα)λι(δι) γῆ ποταμοῦ πλησίον Ἀλφειοῦ. Ἐάντῳ ἱερὸν τῷ Κρόνῳ νομίζοντες ἠλεῖοι θυσιῶν & ἄλλων π- μαῖς σιωπῶντες χερσὶν ἐν ἀριστάνοις χρονοῖς.

Ib. Κύλινδρος. De Cyindro lapide eleganter Gellius l. 6. c. 2. Huius deinde rei exemplo non hercle nimis aliene neq, illepide vititur. Sicut inquit lapidem Cyindrum si per spatia terra prona atq, deruta iacias, causam quidem ei & inuivum, præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceptis voluitur non quatuor idiam facis, sed quoniam ita sese modus eius, & forma volubilitas habet. In Mæandro supra de lapide quodam Cyindro simili mentio fit.

AD EUPHRATEM.

Pagina 1160. μὲν φ' μήδ'. Ita loquitur in Acheloo. p. 76. l. 14. cum de Calydona Thestii Martis & Pisidices filii nato verba facit.

Ibidem Ασηγῆ. Puto legendum esse Αεπίτης. Auctorem habeo Stobæum sermone toties citato πρὸς νόστου &c. Ἐν Εὐφρατῇ ποταμῷ, (inquit) τῆς Παρθίας γυνάται λίθος Αεπίτης καλούμενος, ὃν αἱ γυναῖκες τῆς δυστοκίας ἐπὶ τῆς γαστέρας ἐπιπέσασιν, καὶ πρὸς χεῖμα πίπτουσιν ἀ- τρ' ἀλγυθόνος, hoc adeo verum ut & ab ipso Marbodeo Gallo in Dactylothea confirmetur cap. 26. de Aetite lapide.

Continet hic alium pregnantis more lapillum,
Credetur ergo potens pregnantibus auxiliari
Ne vel abortivum faciant, partuque laborent
Appensus leno solito de more lacerto.

Dioscorides lib. 5. cap. CLXI. Αεπίτης λίθος, ὃ ἐν τῇ κωϊεῖται ἔχον

ἀποτελεῖν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐγκύμων λίθου ἰσχυρῶν, κατὰ τὸν ἐμβρύον ὄν, ὅταν ὀλισθησὶ ὡς αἰ μήτρα, πελαππίματος ἀεστῆρ' βραχίονι. ὃν δὲ τῷ χειρῶ τῆς ἀποπέσεως ἀεσας ἐκ τῷ βραχίονος, πρὸς ἀπὲ τῷ μηρῷ καὶ ἐκ τῶν ὠδίνων πίπτειται. Hinc sua descripsit Marbodeus. vides ergo quam certum sit legendum hoc loco pro Αεπίτης, ex restitutione nostra Αεπίτης. Interpretes secuti sunt vulgarem lectionem, quam in textu ego etiam nolui reiicere.

Ibidem ἔξαλλα. Legit Stobæus ἔξαλλα eodem loco, ἐνείσκειται (inquit) εἰ ὃν αὐτῶ καὶ βοτάνη ἔξαλλα μεθέρμηνευμένη θερμὸν. πάντες οἱ παρπαίζοντες, ὅταν ἐπὶ τῶ σπῆτους ὑδάσιν, ἀπαλλάσσονται πρὸς χεῖμα. desunt hæc verba postrema τῆς ἐπισημασίας quæ noster seruauit.

Ibidem Σαρδάνη. Stobæus loco iam citato eadem narrat. Ἐν ὄρῳ Δρίμυλον καλεῖται τῷ Παρθίας γυνάτῳ λίθος Σαρδάνη παρόμοιος, ποιεῖ εἰ ἄριστα πρὸς ἀμβλυωπίας εἰς ὕδαρ θερμὸν βαλλόμενος.

Ibidem Νικίας. Laudat & hunc Niciam Stobæus sed post auctorem nostrum ni fallor, & post Plutarchum qui in Parallels ex eodem Nicia narrationem de Hercule Iole coniugium petente mutatus est. Sed illic hodie legitur Νικίας Μαλιώτης. Forte corrigendum Μαλιώτης. præcedens editio habet Μαλιώτης. Mibi magis placuit Μαλιώτης, quamuis apud Varronem lib. 1. de re rustica cap. 1. Aristophanes quidam Maleotes celebretur. Athenæus Arcadica Nicia citat.

AD CAICVM.

Pagina 1161. δακτύλιον. Idem accidit Cyanippo Syracusio, cui, postquam filiam compressisset detractus est ab ea annulus, traditusque est nutrice seruandus in agnitionis argumentum. Plutarchus Parallels ex Dosithei 3. rerum Italicarum. ἡ δὲ τὸν δακτύλιον πρὸς εὐλομένη ἔδωκεν τῇ τροφῷ ἐσόμενον ἀγαθὸν ἔσσμα. Lege & sequentem narrationem de Aruntio & Medullina, quæ excerpta est ex Aristidis 3. rerum Italicarum.

Ibidem παυραῖον. Lege meo periculo Αστραῖον, licet verterim cum interpretibus Pauræum. Nam Adurus prius dictus est Caicus, deinde Astræus, tandem vero Caicus. In Astræum se coniecit Caicus, à quo postea dictus est Caicus. Cur igitur παυραῖον nobis hic intrufere librarii? manifestus est error, aut inepta hæc ficta sunt.

Ib. λίθον. Ego legerem λίθον.

Ib. ἠλιφάρμακος. Ita restituiimus, cum male antea esset in præcedenti editione φάρμακος. Stobæus loco citato Καίσιος ποταμὸς ἐστὶ τῆς Μυσίας. Φύεται δὲ ἐν αὐτῷ βοτάνη ἠλιφάρμακος καλεῖται, ἣν οἱ ἰατροὶ τῶν ἀιμορροαζούσων ἐπιπέσασιν καὶ τῷ φλεβῶν μεσολαβοῦσι τὴν ἔκρυσιν.

Ibid. ἀιμορροούσας. Lege ἀιμορροούσας, licet Stobæus ἀιμορροαζούσων habeat.

Ibid. ἔκρυσιν. Stobæus legit ἔκρυσιν, sed ἔκρυσιν quid aliud est.

Ibid. Τιμαγόρας. Ex hoc Timagora etiam affert sua Stobæus post auctorem nostrum.

Ibid. Ὀρθωσίας. Dicta hæc Diana est, vel ab Orthosio Arcadiæ monte teste Hesychio, vel πρὸς τὸ ὄρθον id est ab erigendo & subleuando, quod parturientibus ferat auxilium. de ea Sextus Philosophus lib. 3. Pyrihon. hypotypos. cap. 24. ex versione Hentici Stephani. At Lacedæmonii in ara Orthosie Artemidis flagris acerrime caduntur, ut multus in aram deæ defluat sanguis. Consule Lil. Greg. Gyal. Syntag. 12 histor. Deorum.

Ib. ἀλφὸν μῆμαν. Apud Persas referente Herodoto si quis vitiliginem aut lepram haberet, eum εἰς τὸν ἥλιον ἀμύρτοντα πῖ τῶν ἔχον superstitiose creditum est. Fingitur hic Teuthrantem hunc in Dianam eius Sororem peccasse. Quare nihil mirum si dicat immisâ ei fuisse lepram cum futuro.

Ibid. πρὸς τὸν μῆμ. In homine πρὸς τὸν μῆμ sectio est humeris tenus aut cubitis, vt sunt imagines imperatorum in nummis: in aliis animalibus ad armos vsq; Hesychius πρὸς τὸν μῆμ, εἰκὼν βασιλικὴ ἕως τῷ ὀμφαλοῦ ἐστὶ & πρὸς τὸν μῆμ aut πρὸς τὸν μῆμ in homine proprie, vt hoc loco.

Ib. φωνὴν ἀναδ. Aristor. in fragmento spurio. Ἐν Ἀρτίμῳ (lege Ἀρτίμῳ) Ὀρθωσίας βωμῶν Ταδρον ἰσχυρῶν χεῖρας, ὅς κινηθῶν εἰς ἕθρον τῶν φωνῶν ἐπαφίσιον, auctor noster vult esse aprum non Taurum.

Ib. ἀνπηθῆς. Stobæus sermone à nobis sapius laudato hæc ex nostro descripsit, quis enim credat eum ex Ctesia Cnatio quem etiam laudat sua habere? Ὅρος ἐστὶ τῷ Μυσίας (inquit) Τεύθραν καλούμενον. γυνάται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Ἀνπηθῆς πρὸς τὸν μῆμ, ὅς κωμίστα ποιεῖ τὸ πρὸς τὸν μῆμ, δὲ οἶνῳ βιβόμενος, ὅ τῶν πάλιν ἐπιπέσασιν. Dioscoridi Antipathes coralliū est specie tantū distans cap. 140. lib. 5.

A D A C H E L O V M.

Pagina 1162. Σίστοσ. Axenus primo, deinde Thestius, tandem Achelous dictus est hic fluvius. Thestium & Axenum eū prius vocatum fuisse non legi apud alium auctorem sed Thoam. Strabo lib. 10. ἀκαλίω δὲ Θάσας ὁ Ἀχελῶς πρῶτον, Hermolaus Byzantius in Ἀχελῶσ. ἀκαλίω δὲ Θάσας ὁ ποταμός.

Ibidem σκυρῶμος. In Hydaspē dixit τῆς σκυρῶμένησ σκυρῶσιν, & in Scamandro σκυρῶσιν τῆς σκυρῶμένησ: in Ismenō & Hebro λόγους ἐπέσθλων σκυρῶσαν. Voces σκυρῶσαι & σκυρῶσαι de re turpi & venerea vsurpantur, vt venire apud Latinos Propert. libr. 2. eleg. 15.

Me formosa satis si modo sepe venis.

Rursum.

Sic hodie veniet si qua negavit heri.

Ibidem ἀχελῶσ. Stephani epitomator Acheloum fluvium vult dictum ab Acheloo qui ex Thessalia cum Alcmaone rediit.

Ibidem Ζήλων. Legendum forte Ζάγκλον. Sed nihil pertendo.

Ibid. Αἰτωλικῶσ. Dercylli quoque res Aetolicæ in fine huius fluminis celebrantur.

Ib. Μύωσ. Nomen habet à re.

A D A R A X E M.

Pagina 1162. τῆς Γύλου. Natalis Comes inepte vertit ab Araxo Pulo. Debit ab Araxo Puli filio.

Ib. νίκης. Male hic in textu est νίκης, culpa operarum. Debet legi νικησ.

Pag. 1163. μαχαίρα θύ. Sacerdotes vel ipsimet victimas percutebant, & tunc vocabantur Agones, vel ipsis tenentibus, alter cultum impingebat, & tunc victimatores. Ideo dixit Stat. Thebaid. 4. In vulnus cecidere greges, & Virgilius. Supponunt alii cultros. ad hos ritus videtur alludere auctor noster cum ait μαχαίρα θύωντες.

Ibidem πῖρα ἐνὶ περσικῆσ. Plus est περσικῆσ quam simpliciter θύω, hoc calefacere significat, illud insuper calefacere quasi concumbendo, vt hic de Mithra refertur, qui cum saxo rem habuit, petram calefecit, vt filium procrearet. Cæterum locus hic elegans est. Vult Plutarchus Mithram illum arguere prædicationis: πῖρα enim περσικῆσ, nihil aliud est quam saxum sarrire, vt Martialis loquitur lib. 3. epigram. 93. in vetulam. Quid sarrire si velit saxum? Vnde Lucianus vir facetissimus in Amoribus prædicones ita traduxit. καὶ πῖρα δὲ φασὶν ἀγῶνων ἀπείρατος, ὀλίγησ ἕδονῆσ ἀπκατημάζοντ μεγάλιν ἀδελξίασ. Dicuntur igitur prædicones κατὰ πῖρασ ἀπείρων quia ἀγῶνα sunt saxa & nihil etiam ex nefanda illa venere aut horrendo concubitu nascitur. Rabbi Aben Esra in præceptum illud decalogi non mox haberis, ita commentatus est:

Σατηρυη ηκα βα ηη ηη ηη ηη ηη

Id est, vt vertit Sebastianus Munsterus, & fornicata est cum lapide & ligno. patet hinc orta est καὶ πῖρασ ἀπείρων, quæ fuit vsurpata in eos qui inaniter laborarent, & in cassum.

Ib. ῥεσιν ἔχοντ. πεφ. Turnebus hæc non vertit.

Ibid. Κτησιφῶσ. Libri de arboribus Ctesiphontis bis laudati sunt à Plutarcho, & in Inacho & hoc loco. Porro de arboribus similiter scripserant multi tum Græci tum Latini. Servius ad 2. Georgic. Apulei libros de arboribus in medium adducit. fecerat & librum de siluestribus arboribus Oppius, quem Macrobius vitum doctū appellat. lib. 11. cap. 14.

A D T I G R I M.

Pagina 1163. Ἀρμενίας. Maioris scilicet, vt volunt Plinius & Solinus. Vibius Sequester Tigrim in Parthia collocat. Tigris (inquit) Parthia, qui sub terra means rubro mari miscetur. Herodotus historiae pater Terpsichore tres fluvios Tigres esse contendit, primum ex Armenia fluere de quo hic loquimur, secundum ex Matienis, de tertio nihil addidit, sed Xenophon quendam nobis Tigrim Paphlagonicum commemoravit τριπληθρον instar Themodontis & Alyos: & Hefychius Persicum.

Ibidem Ἀρσενίδα. Arsene & Thonitis vocatur hæc palus ab Strabone & Dionysio Afro. Plinius Thespitem lacum dicit, sed forte legendum apud illum Thonites. Falsum autem est quod docet hoc loco auctor noster Tigrim in Araxem defluere. Falsi arguere potes ex Strabone & innumeris aliis auctoribus.

Ibidem Σόλαξ. Eustathius ad Periegetem habet Σόλαξ, μωγενεται (ait) γὰρ ὅτι Σόλαξ ποτὶ καλόμενος εἶναι ὁ ποταμός, ὁ δὲ κατὰ φερῆσ. Quæ lectio prævalere debeat iudicent eruditi.

Ibidem Διόνυσος. Audi fabulam eandem ex Eustathio ad Periegetem. Μαινεται Διόνυσος ἕσας περσικῆσ καὶ φοιτῆσ ὅτι πύχοι, γίνεται καὶ περὶ τῆσ τῆσ ποταμῶσ, καὶ ἕλαν εἰς τὸ πέραν ἰσθμῶσ, ἀπόρως ἔχει. οἰκίζεται δὲ αὐτῶν ὁ πατήρ Ζεὺσ, καὶ πῖρα περὶ ζῶν πύχον, ἐσ τὸ πέραν τῆσ Διόνυσωσ κατηρησάμενος, αὐτῶν μὲν ποιεῖ τὸ θυμῆρεσ, τῶν δὲ ποταμῶσ ἀφ' ἑκῶν τῶν καλεῖσθαι ἀφισοῖ. Habet Eustathius fabulosam hanc narrationem ex nostro, noster autem ex Theophilo qui de lapidibus scripserat. Cum dico fabulosam esse hanc narrationem non intelligo fabulose & aniliter dictum hunc fluvium Tigrim à Tigride bellua, vere enim Tigris à Tigride fera ita vocatus est. ἰσθμῶσ τὸ τῆσ ῥεύματὸσ ἔξυ. Tigris adeo viribus præpoller, vt non tantum superet Elephantem, sed etiam ἰσθμῶσ πύχον ἀκῶντα ἀκῶντα nequeat. Atvolunt Scriptores antiqui non à Tigride fera dictum fluvium Tigrim, imo à velocitate simpliciter & ab impetu quo fertur, ποταμῶν enim cum ἀκῶν ἀκῶντων vocat Dionys. Periegetes, vnde interpretanda sunt illa Hefychii. Τίγρισ, ποταμός Ἰερσῶν, καὶ ὁ ποταμὸσ ῥοῖδου, vt fluvii impetus Τίγρισ dicatur, vnde Tigris fluvius fortitius sit nomen suum. Quod verò Tigris à velocitate qua fertur ita denominatus sit patet ex eo quod sagittæ cognomini sit, Medi siquidem Sagittam Τίγρισ vocant. Strabo libro 11. ἀμικπὸν φυλάττων τὸ ῥεύμα δὲ τῶν ἰσθμῶσ, ἀφ' οὗ καὶ πύνομα, Μήδων Τίγρισ καλοῦντων τὸ πῆξυμα. Eustathius ad Periegetem. δὲ φασὶ καὶ Τίγρισ καλεῖται, ἡ γὰρ τῶν ἰσθμῶσ, ὡσ βέλος, Μήδοι γὰρ τῶν καλοῦσ τὸ πῆξυμα. Plin. Quæ tardior fuit Diglito, vnde concitatur à celeritate Tigris incipit vocari, ita appellant Medi sagittam. Quint. Curtius lib. 4. quod omnes illi auctores Medis tribuunt, totius Persis ausus est dare: ait enim. Itaq, à celeritate qua defluit Tigris nomen est inditū, quia Persica lingua Tigrim sagittam appellant. Medica debebat dicere. Tigris enim & Diglito voces Medorum sunt, vt fusius demonstrabimus in Glossis nostris, in quibus de externis tantum, & barbaris vocibus agemus. Ioannes Meusius in Glossario suo, Græcobarbaras tantum voces collegit, & in altero Glossario cuius nobis ipem facit, meditatur solum colligere Latinobarbaras. nos in nostro mere barbaras solummodo coacturabimus.

Ibidem Τίγρισ ματων. Manet igitur illud semper verum Tigrim fluvium à Tigride fera ita dictum fuisse, sed diuersa narratione.

Ib. ἰσθμῶσ. Deest hic epigraphæ librorum Aristonymi.

Ibidem Μωδῶν. Aristoteles habet Μωδῶν in fragmento illo spurio, & ita à barbaris vocatum fuisse hunc lapidem asseuerat, non Μωδῶν. ὅτι δὲ τῆσ Τίγρισ (inquit) γινεσθῆσ φασὶ λίθον Μωδῶν κεκλημένονσ βαρβαρικῶσ τῆσ ῥεῶσ πῶν λευκῶν, ὅτι ἐάν κατὰ τῆσ ἰσθμῶσ θηρίων ἀδὲ καίται. Sed de hac voce etiam in Glossis nostris.

Ibidem Γαυραν. Forte melius legeretur Γαυρανῶσ, vt paulo post τῶν Γαυρανῶσ τῶν Ρωξάνουσ σατραπῶν quæ bifariam possunt intelligi, à Gautano scilicet Roxanis regionis Satrapa dictam fuisse hunc montem, vel à Gaurano Roxani Satrapæ filio. Tu sanior emelge interpretationem.

Ibidem ηρικῶσ. et. Cum monuit Gauranum solum cecanorum spatio vixisse, optime ὅτι πάντων ἡσ Ἡερσῶν addidit, inueniuntur enim alii qui cum vitæ terminum attigerunt apud alias gentes. Vide Plinium capit. 48. libro 7. & Phlegontem Tralianum in libello περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων, & Lucianum in μακροβίοσ.

Ib. ἀγῶσ. Hoc ad Persas etiam restringendum est, alios siquidem vitam finiuisse referunt veteres scriptores sine morbo aut corporis ægritudine apud alios populos. Plin. ca. 50. lin. 7. Ergo pro miraculo, & id solitarium reperitur exemplum Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine villo corporis incommodo. Si Gauranus apud Persas sine morbo obierit, fallitur Plinius quod putet solitarium esse Xenophili medici exemplum. Sed si verum sit quoque Xenophilum illum sine corporis incommodo in tantam vitæ longitudinem peruenisse quantam vult Plinius, eodem plane modo errat Plutarchus noster, quod doceat solum Gauranum c c c. annis vixisse ἀγῶσ νῆσσ, nisi hoc ad solam Persarum gentem referat. De Xenophilo quod retulit Plinius confirmatur à Valerio Maximo libro 8. capit. 12. his vien-

nio minor Xenophilus Chaleidensis (de Gorgia iam locutus erat) Pythagoricus, sed felicitate non inferior, siquidem ut ait Aristoxenus Misticus omnis humani incommodi expers in summo perfectissima doctrina splendore extinctus est. In eo differt Plinius quod solitarii huius Xenophili exemplum voluerit esse. De Zenone Diogenes Laertius. οὐκ ἔστιν ἄλλος τις οὐκ ἐκείνου βίου ἐπι κατέσχευεν αἰῶνος καὶ ὕψους ὁμοιωσάσας. Ita Galenus Centum & quadraginta annos vixit, & sola senectute, quæ & ipsa ut comicus ait morbus est, laboravit, quod nihil crudum unquam gustasset & odoriferum anhelitum semper spirasset.

Ib. μαυσωρον. Nisi illud Μαυσωρον statim post τὸ ὄρος subiungas, ista nō possunt intelligi, mons enim ille nō potuit aliter dici quā Gauranus à Gaurano. Quomodo ergo vis Mausorum fuisse denominatū, ut videntur indicare græca auctoris nostri verba? Si ita legas, ut nos corrigimus nihil repugnabit, καὶ τὸ μαυσωρον αὐτὸ ματων μωσθη, nam eiusmodi sensus elicitur. Mons qui ante Mausorum dicebatur, Deorum providentia mutavit nomē, & à Gaurano Rhoxanis ταραπα dictus fuit Gauranus. Gaudet tamen, ut supra monuimus, hic auctor transpositionib. vox Μαυσωρον hic transposita est, aut admittendum legendum esse Γαυρανον, si hoc non vides cæcus es.

Ib. κριβη. παρ. ἄρ. Stobæus sermone toties laudato eadem refert. Ἐν Τίρριδι ποταμῷ τῆς Ἀρμενίας γυνῆται βοτάνη παρομοίως κριβῆ ἀγρία, πάντως οἱ ἐγγυῶντες ἐν ἐλαίῳ καὶ ἀλειψόμενοι οὐδέ τι νοσοῦσι μέχρι τῆς ἀνάγκης τῆς θανάτου. Auctorem primum huius narrationis laudat etiam cum Plutarcho nostro idem Stobæus Sofstratum in primo μυθικῆς ἰστορίας ἀρχῆς. Ita inscribatur liber ille Softrati, ἀρχῆς, vel potius συναρχῆς μυθικῆς ἰστορίας, id est collectio fabulosa narrationis, ut Antonini Liberalis μεταμορφώσεων συναρχῆς. Et apud Plutarchum in Parallelis citatur quidam Aristodemus ἐν τρίτῃ μυθικῇ συναρχῆς.

AD INDVM.

PAG. 1164. μαυσωρός. Trifariam igitur appellatus fuit hic fluvius, primo Mausolus, secundo Indus, tertio Hydaspes, ut in Hydaspes docuit hic auctor. Sed hæc fabulosa sunt, longe enim differt Indus ab Hydaspē, & in hoc tantum convenire possunt quod India flumina sint, & Hydaspes Indo commisceatur. Iunius Phylargirius ad 4. Georgic. Apud omnes satis constat Hydaspem flumen India esse non Media, sed post videri poeta Hydaspem Medum dixisse iure belli, quod Medi duce Alexandro vicerint Porum Indorum regem, & in suam redegerint potestatem. Oritur autem Hydaspes ex Caucasō, & miscetur Indo.

Ibid. κρηφοροδοσαν. Plutarchus in amatoriis narrationibus de Aristoclea virgine Theophanis filia. Ἐμῆκε γὰρ τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ

κρηφορεῖν. Vox hæc est quæ ad sacra pertinet, ut nemo nescit, Cisterigeram, dicunt Latini.

Ibid. βοτάνη. Post hanc vocem male posuere Typographi Καρπύκη. Ego in margine mei libri eam annotaveram, ut reponeretur statim post verb. βοτάνη. Sed delusus est Chalcographus. Tu eam ex hoc loco in alium transfer. Deest nomen lapidis de quo hic loquitur auctor, nam apertophthoram quem nobis fingit Natalis Comes reiicimus. Meliori non est usus ille codice quam nos. hariolatus est igitur, & lapidis nomen ad libitum finxit.

Ibid. βοτάνη. Adde statim Καρπύκη, quæ vox male à Typographo in lineam 12. reiecta fuerat. Mirum fuerat Natali Comiti hæc quoque non esse vaticinatum. Nos docemus herbarum illam de qua hoc loco Plutarchus, Carpycem vocari, quæ vox in omnibus excusis desideratur, & in manuscripto Bibliothecæ Palatinæ. Stobæus sermone sæpius à nobis laudato ex Clitophontis Rhodii lib. decimo rerum Indicarum, quæ etiam hic citat auctor noster. Ἐν Ἰνδῶ ποταμῷ τῆς Ἰνδίας, φύεται βοτάνη Καρπύκη καλουμένη βογγυλάσσω περιμετρῆς. ποτὶ δὲ αἰετα πρὸς ἰκτιρῶς δὲ ὕδατος χλιαροῦ δίδομένη.

Ibid. Reposui ego σαπηλοῖς, ut sit sensus, Indigenas Indos lapidem hunc Clitorim ferre solitos in Liberalibus. Σαπηλοῖς enim sunt sacrificia quæ fiunt post acceptam salutem. Natalis Comes quid esset τὸ Σαπηλοῖς non intellexit, ideoque obmutuit. Adrianus Turnebus autem vocem græcam retinuit, sicuti nos fecimus.

Ibid. Λεισοπλ. Si exstarent opera Hermippi, Callimachii Smyrnæi, Andronici Rhodii Peripatetici, & Adraști Aphrodisiæ, qui omnes Aristotelis libros collegisse & in syllabos digessisse dicuntur, pateret aperte utrum libros ille de fluminibus composuerit, ut testatur hic Plutarchus. Sed quia periere illa omnia, fides habenda est auctori nostro, licet Diogenes Laertius hos libros non retulerit in syllabum illum quem satis diligenter librorum Aristotelicorum confecit: nisi fateamur alium hunc esse Aristotelem ab Stagirita, cuius diuina opera manibus doctorum teruntur, quod non verisimile puto, imo ita censeo. Libros hos de fluminibus Philosophorum principi tribuendos esse, quid enim verat eum opus illud peregrisse, si verum sit, & de Nilo scripsisse eum & de piscibus? Franciscus Patricius temerarius ille criticus qui in Discussionibus Peripateticis syllabo Aristotelicorum librorum à Diogene Laertio composita quosdam de nouo à se inter legendum repertos ambitiose addidit, & de omnibus quos numerasse putat & collegisse, in sulse iudicium tulit, libros hos de fluminibus non commemoravit, nec τρεῖς δόξα eiusdem Philosophi, quæ à Plutarcho Chæronensi in Parallelis nominatim laudantur, nec quicquam commune habent cum libro de Mirabilibus. Fiat igitur locupletior ille index ex hac accessione, & nos finem hic scribendi faciamus, & cum Deo ad alia nos accingamus.

